redditibus Regiis cognoſcant,vt vidimus *in quæſt. præcedenti*,reus pro his redditibus conueniri debet in loco, vbi ipſi redditus debentur non vero neceſſum eſt, vt in loco domicilij conueniatur, vt habet communis praxis, & vſus huius Regni, probata *in dict.l.9.tit.7.lib.9.*ibi:*en el tal lugar, y no fuera del.*Idemque conſtat ex ll.Regiis ſupra in quæſtione præcedenti citatis.

2 Verum in hac materia præ oculis ſemper habenda eſt deciſio trimembris, *l. 5.tit. 17. libr. 9. huius non.collect.Reg.* de qua late ſupra egimus, ad ſciendum, in quo loco debetur gabella rerum alibi exiſtentium tempore venditionis, &c. vt ille locus in quo debetur, ſit locus iudicij, vt reus conueniri poſſit & debeat, vt patet ex eadem l.in fin.ibi: *Las iuſticias de la tal villa, o lugar,do eſto acaeciere, executen luego en los tales vendedores, y ſus bienes por la dicha alcauala con la dicha pena.*

Rex namque potuit pro re ſua deputare,vt deputauit iudices proprios harum cauſarum, ſiue reus reperiatur in loco, vbi gabella debetur, ſiue ibi non inueniatur,vt *in dict.tit. C. vbi cauſæ fiſc.*
3 quod non exorbitat à iure communi. † Siquidem quoties res,ex qua debetur,& ſolui debet vectigal, vel tributum, eſt in alio loco, quam domicilij rei,ibi, vbi res eſt,debetur, & eſt locus iudicij, vbi conueniri poteſt,& debet reus *l.forma.§.ſi vero,ff.de cenſibus*,hoc enim onus non incumbit domicilio,neque eius ratione debetur, ſed eſt onus venditionis,& contractus,vt *ſup.*reſoluimus:Ergo locus vbi debetur inſpiciendus eſt,non vero locus domicilij rei,*l.reſcripto.§.fin.ff.de mun.& honor.*

4 Neque diſtinctio quam facit Bart. *in dict. §. ſi vero.n.2.*illi conuenit,ſiquidem ibi etiam imponitur,& reſoluitur tributum domino rei propter ipſam rem, ſicut in cæteris oneribus patrimonialibus, in quibus patrimoniis Princeps dominium non habet,ſed tantum illam hypothecam, quam habet in omnibus illis rebus,à quibus ſibi ſoluitur tributum, vel contributio. *l. 1. C. in quibus cauſ. pign.tacit.contrah.*Alex.& Iaſ.*in l.Iul.§.hæres.ff.de leg. 1.* & nihilominus dicitur *in dict. §. ſi vero*, quod poſſeſſor alterius domicilij profiteri debet ſoluere & conueniri in loco, vbi debetur tribu-
5 tum,idque meritum. † Nam hæc tributa habeant hypothecam,nihilominus dicuntur eſſe illius loci, vbi ſolui debent,& exigi poſſunt,*l.ex facto, §.rerum.ff.de heredib.inſtituend.l.quaro, ff. de ſolutio. Rom.in l.ſi conſtante,§.fin.ff.ſol.matr.*Salic.*in l.cunctos populos col.pen.n.14.C.de ſumm.Trinit.& fid. Cathol.*Barth.Soc.*conſi.101.col.2.n.3.vol.1.*& cum ſit debitum illius loci,vbi debetur,habet ſimilitudinem cum foro, ratione rei ſitæ, qui in redditibus Regiis excludit locum domicilij,*vt in dict.§. ſi vero.*Ideoque non obſtat doctrina Paul.de Caſtr. *in l.ſin n.2.C.vbi in rem actio*, vbi quod licet iudex loci,vbi res eſt, habeat iuriſdictionem ſupra rem non tamen ſupra perſonam,quæ ipſa poſſidet:tum quia diuerſum eſt negotium in redditib.Regiis vt vidimus:tum etiam, quia in contrarium ſe habet communis opinio,vt conſtat ex Abb.*in c.ſane. n. 4.de for.competen.* nec non & communis praxis: abſurdum enim eſſe,& nimis oneroſum Regio patrimonio ſi gabellarij Hiſpalenſes conueniri deberent, & tenerentur Vizcaiæ venditorem Vizcainum pro gabella rei venditæ Hiſpali ratione domicilij, quamuis Hiſpali non reperiretur: plus namque forſan pro expenſis exactionis expenderetur valeret gabella debita contra diſpoſitum, *in l. Mediterranea, C. de ann. & tribut.* ſicque redditus Regij plerunque exigerentur, & tandem defraudati remanerent, vel ſaltem valde minuerentur contra finem legum huius Regni, & quaterni gabellarum.

6 Superiora limitantur,*quando el lugar,do ſe deue el alcauala es, aldea de alguna ciudad, o villa, porque entonces puede el reo ſer conuenido en iuyzio ante el iuez de la aldea,o ante el de la cabeca de la iuridicion, que es la tal ciudad o villa, no eſtando diſtante ella de la aldea por mas de tres leguas, y eſtando mas lexos,iuzgaſe en aldea,ſi es el aldea lugar de cien vezinos arriba, y ſi no es de tanta vezindad, puede ſe pedir en ella, o en el lugar mas cercano à la dicha aldea, que tenga la tal vezindad y diſtancia, y ſea de la miſma iuridicion,y termino de la dicha ciudad o villa*, l. 2. tit.7.lib.9.*para loqual ſe ſe da poder cumplido por la dicha ley a los dichos iuezes,y a cada vno en ſu lugar.*

7 *Y dize la ley 11.tit.9.lib.3.nou.coll.Reg.que los Alcaldes ordinarios de las ciudades,villas, y lugares de ſu Mageſtad conozcan de las rentas Reales, pechos,derechos,y alcaualas, y monedas, y que no aya otro Alcalde diputado para ello.*

8 *Pero non embargante que la cabeca eſtuue diſtante de la dicha aldea, do ſe deue el alcauala mas de las tres leguas,con todo eſſo deſpues de paſſado el año del arrendamiento, puede el alcaualero lleuar à iuyzio al reo a la cabeca de la iuridicion,vna vez,y no mas,dentro el termino contenido en las leyes, como lo diſpone la dicha* l. 2. tit. 7. lib.9.

9 *Iten el iuez de comiſion de rentas, puede lleuar al reo a iuyzio fuera del lugar, do ſe deue el alcauala, ſi es de cien vezinos abaxo à otra que ſea de cien vezinos,o mas,que no eſte mas de dos leguas de alli,l.9.tit.17.lib.9.*

10 *Iten como ſe dixo en la queſtion precedente, las perſonas poderoſas como oficiales del Rey,y del concejo, pueden ſer conuenidos en la Corte ante los Contadores mayores,y ſus lugares tenientes, o ante notarios, l.10. tit. 12. lib. 2. no embargante que el alcauala ſe deua en otro lugar.*

SVMMARIA.

1 *Gabellarius,quo tempore,& quoties poteſt vocare reum in iudicio, ſuper exactione redditnum Regalium? & iuramentum præſtandum à gabellario,principio,n. 2.*

3 *Iuramento deciſorio delato ab actore reo, eoque abſoluto, amplius actor non admittitur ad probandum.*

4 *Ordo iudicialis ſummarie,& ſine ſtrepitu, & figura iudicij procedendi in materia gabellarum, hic refertur,& n. 5.*

6 *Procurator rei in materia gabellarum an ſit admittendus?*

7 *Tabellio in cauſis gabellarum tenetur reum certiorare vt intra tertium diem litem conteſtetur,alias reus eam non conteſtans, non incurrit pœnam legis.*

8 *Iuramentum de calumnia, vel deciſorium ab actore petitum in hac materia gabellarum, tenetur reus abſoluere intra terminum de quo hic.*

9 *Iudices quomodò procedere debeant, contra* los que venden muchas coſas por menudo en ſus tiendas, y el alcaualero les pide el alcauala dellas?

QVÆSTIO CLXII.

De conuentione rei in iudicio pro ſolutione gabellæ.

1 QVæro tertio,*quo tempore, & quoties gabellarius poteſt in iudicium vocare reum ſuper exactione redditnum Regalium?* Reſpondetur,hoc latè declarari diſtinctione,*l.1.tit.7.li.9. huius coll.*
2 † Vbi autem reus extra domicilium proprium iuſte conuenitur pro gabella,antequam iudex libellum petitionis recipiat, gabellarius iurare debet ſe non malitioſè petere, neque vt reum vexet, ſed quia credit ſibi deberi illam gabellam, quo facto iudex recipere debet libellum,& non alias,quod ſi de facto aliter recipiatur nullus eſt libellus, reuſque non tenetur litem conteſtari, nec eidem reſpondere.Ita cauetur *in l.3.tit.7.hoc lib.9.*

3 Vbi additur, quid ſi hoc modo receptus libellus,reus negauerit,actorque ei detulerit iuramentum deciſorium, eo abſoluto ſub pœnis legum in caſu diſponentium; actor non admittitur ad probandum, nec ampliùs ſuper eo auditur, nec reus tenetur ſoluere litis expenſas, quinimo ſi ipſe reus declarauerit ſub illo iuramento, ſe nihil debere, actor eo caſu ſoluere teneatur expenſas.

4 Deindè obſeruandum erit circa ordinem iudicialem gabellarum, & aliorum redditnum Regalium,quod iuxta legem 5. *tit. 7. lib. 9. huius nou. collect.Reg.*ſummarie, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij à iudicibus ſuper eis procedendum eſt, ſola facti veritate inſpecta, ſecundum ll. Regias, & earum conditiones, ita vt ſi pretio aliqua coram iudice,de cauſa cognoſcere debenti, proponenda ſit, non eſt ſubſcribenda per aduocatum in modum libelli, ſed ſimpliciter in modum eiuſdem memorialis offerri debet;iudexque præcipere debet, quod notificetur parti ea petitio, & reſpondet intra tres dies, negando aut confitendo ſimpliciter ſine aduocati conſilio, alias pro conceſſo habeatur, & ita iubeat tabellioni, quod aduerſarium moueat, certioremque faciat illius l. & ita ſeruatur in praxi,vt affirmat, millies ſe vidiſſe Laſſart.*de decim.vend. cap.18.n. 32.* dicens, quod hic ſpecialis ordo iudicij originem habuit à conſilio Bald.111.*volum.1.incipit,ad veritatem,* quod refert Auend. *reſpon. 1. num. 15.* præcipit deinde ea l.iudicibus, *que non reciban la demanda del actor*, nec exceptiones rei conuenti, *por eſcrito, aunque qualquiera de ellos trayga eſcrito dello, ſaluo que el eſcriuano aſſiente ſu regiſtro cada vn auto de todo el pleyto, como ſi ante el fueſſe fecho de palabra: y ſaluo ſi lo quiſiere traer a dar por memorial,llanamente hecho ſin con ſe lo de abogado.*

5 Ego idem in praxi ſeruari ſæpè vidi,ſed ſæpiùs contrarium,imo quotidie videmus innumeras lites in materia gabellarum, aliorumque redditnum Regalium verſari, tam in inferioribus tribunalibus,quam in ſuperioribus ordine,conſilio,& ſubſcriptione aduocatorum, cum iuris allegationibus, quæ praxis licet videatur aduerſari literæ, & deciſioni d. l. 5. nibilominus admiſſa fuit, at recepta eſt, provt tamdiu obtinuit ex conſenſu conductoris in cuius fauorem ordo,dict.l.5.introductus fuit,ac proinde poteſt eidem renunciare, vtendo & ipſe conſilio,& ſubſcriptione ſui aduocati,& cum ipſe hoc poteſt,& reus eodem iure vti propter æqualitatem ſeruandam in iudiciis: ſimiliter parte actoris hoc non opponente, tacite videtur conſentire actor, quibus rationibus introducta fuit forſan præd.praxis,& iudices diſſimulant propter tacitum partium conſenſum: ſi tamen reus obſeruari vellet omnino formam,& ordinem procedendi d.leg.eamque ex ſua perte obſeruaret, petens, vt reus idem faceret, proculdubio eſſet audiendus, & tunc partes iudicium erunt, vt ita obſeruetur.

6 Hinc eſt etiam, vt petente gabellario, vt procurator rei non admittatur, is admitti non debet, niſi iudex videat admittendum, iuxta qualitatem perſonæ conuentæ,*nempe ſi fueren dueñas, o donzellas,o otras perſonas honeſtas,o Caualleros,o otros hombres enfermos, que quiſieren reſponder por procuradores, porque eſtos lo pueden hazer*: quo caſu autem procurator non admittitur, iudex, & cauſæ tabellio ſimul, & ſtatim ibi, in eodem actu certiorem debent facere ipſum reum, quod litem conteſtari debet intra tertium diem, & quibus terminis debeat declarare, & abſoluere iuramentum deciſorium, vel de calumnia, & quomodocunque rei reſpondere debeatur, ac teneatur,& ſub qua pœna.

7 Tenetur præterea tabellio de hac certioratione fidem facere in proceſſu: Alias enim reus non incurrit pœnam conteſtationis,nec aliam. & alius terminus de nouo cum prædict. declaratione, & certioratione ſibi concedendus, qua non facta, iudex, & tabellio ſoluere tenetur omnes expenſas proceſſus, vt nuncupatim hæc omnia cauentur, *in l.4.tit.7.hoc lib.9.*

Iuramentum autem de calumnia vel deciſorium ab actore petitum in hac materia præſtari debet à reo vſque ad alium diem ſtatim ſequentem; poſtquam fuerit petitum, aliàs remanebit confeſſus in libello poſito ab actore,& vſque ad alios duos dies primo ſequentes, vſque ad ſolis occaſum tenetur reus abſoluere iuramentum ſine libello, & conſilio aduocati: poteſt tamen ſcripto, vel verbo reſponſionem adferre, prov maluerit, & declarando ſpecifice iuxta formam *l. 7.tit.7. lib.9.*

9 Quale præſcribitur etiam, quomodo iudex procedere debeat, quando gabella ius conuenit aliquos, qui ex officio habent vendere in apotheca plura, *por menudo, como ſon eſpecias,bohoneria, hortaliza, fruta, ceuada porcelemines, leña, guantes, borceguiſes, coſas de pellageria, barro, eſparto,cañamo,aues,coſas ſemeiares de que al iuez pareciere es dificultoſo auer prouanca cierta*, reo negante libellum actoris:tunc enim actore petente,vt reus iuret de calumnia,vel deciſore id facere debet,vt in ea lege continetur,& ſupra ex ea retulimus:*y ſi el demandado fuere tal perſona que tenga oficiales ò miniſtrales en ſu caſa, y el arrendador pidiere,que trayga à los obreros, ô miniſtrales de ſu oficio, ò otras perſonas de ſu caſa à iurar, y à dezir verdad ſobre lo conteeido en la demanda que el iuez de la cauſa ſea obligado à ſe los hazer traer,y apremiar a ellos que vengan ante el, ſo la pena que el puſiere. Y que ſi por eſtas diligencias no ſe pudiere ſaber la verdad,que el iuez ſea obligado, ſi el actor lo pidiere de auer informacion de dos buenas perſonas, quales le pareciere que mas cierta informacion le puedan dar de ello, informandoſe de ellos, que es lo que buenamente pueda mercer de alcauala, y ſegun aquella informacion, taſſe y condene el alcauala que ha de*

pagar el demandado y aquello ſea obligado de pagar al arrendador, o fiel, o cogedor a quien pertenece.

SVMMARIA.

1 *Probationes requiſitæ in materia gabellarum ad condemnandum.*

2 *L.28. titul.19.lib.9. nou.collect.Reg. præcipientis,* que ſe eſte al dicho de los corradores, ſaſtres, o tundidores, y maiones, ſiendo de buena fama; *ratio, & de eius intellectu, num.5.cum ſeq.* vbi *late agitur.*

3 *Lex præcipiens quod ſtetur dicto vnius teſtis valida eſt, ſicut pactum ſimile partium, & num.4.*

10 *Lex vel ſtatutum quando requirit bonam famam, & opinionem in teſte ea debet probari: & quomodo hoc ſit intelligendum n. 11.*

12 *La prouança que ſe requiere acerca del alcauala del vino.*

13 *Reus non conteſtans litem intra tertium diem in materia gabellarum præcedente certioratione iudicis & tabellationis habetur pro confeſſo.*

14 *Reus iuramentum ab actore delatum non abſoluens intra tertium diem, habetur pro condemnato.*

15 *Reus ad inſtantiam gabellarij tenetur ei oſtendere inſtrumentum venditionis.*

16 *Gabellarij ſicut poſſunt compellere debitores & mercatores ad exhibendos libros, ita etiam, & ipſi poſſunt compelli ad exhibendos libros ſuos ad petitionem aliorum.*

17 *Libris gabellariorum an ſit credendum? & num. ſequentibus.*

QVÆSTIO CLXIII.

De probationibus requiſitis in materia gabellarum.

1 QVæro: *Quæ probationes requirantur in materia gabellarum condemnandum?* Et reſpondendum eſt, regulariter requiri probationes ordinarias teſtium, ſcripturarum, vel confeſſionis partis, quæ alias in cæteris negotiis deſiderantur, de quibus *in tit.C.& ff.de probat.*

2 Excipiuntur ab hac regula nonnulli caſus expreſſi à ll.Quaterni gabellarum.

Paulus eſt in caſu *l.28.tit.19.lib.9. nou. collect. Reg.* nempe *que ſi el arrendador o cogedor truxere à prueua por teſtigos à los corredores, por caya mano ſe hizieren algunas ventas y trueques, o a los ſaſtres, o tundidores, que algunos paños ſacaren para algunas perſonas, o a los moiones que tratan las ventas de los vinos arrobados contra el vendedor, o comprador, vale todo lo que dixere cada vno deſtos, ſiendo hombre de buena fama ſobre iuramento que le ſea tomado, aunque no aya dello otro teſtigo: y aſſi miſmo ha de ſer creydo el comprador, ſiendo hombre de buena fama ſobre iuramento que haça en forma deuida de derecho, aunque no aya otro teſtigo, y ha de valer lo que dixere, vt in dict.l. 28.* quam l.Regiam, vt notabilem, ad hoc allegat Auendad. *de exequend. mand. 1.parte c. 1.num. 18. verſiculo in materia cuſtodiæ,* quem refert Laſſart. *de 10. vend. c. 18. num.74.* vbi tamen aſſignat nam rationem noſtræ l. nempe, quia ſi temporis, & mediatoris dicto, qui frequenter, ac ſolis venditionibus intereſſe ſolent, non ſtaretur, longiſſimus fraudi campus pateficret, cui omnino obuiandum eſt, *l. in fundo cum ſimilib. ff. de reiuendic.* & in materia gabellarum *l.11. tit. 17. hoc libr. 9.* † Contendunt nonnulli 3 non valere legem vel ſtatutum præcipiens, vt vnius teſtis dicto adhibeatur plena fides, vt tenet Roman.*ſing.707.* ex textu *in c.indicas* Hermanum *3.quæſt.9.* ſed contrarium verius eſt tenendum ſecundum Paul.de Caſtro, *num.8.* & Alex. *in l. 2.§.ſi abſens n.8.ff.ſi ex noxal.cauſ.agatur.* † Si enim partes ipſæ poſſunt facere, & conuenire, vt vnius teſtis 4 teſtimonio determinatio cuiuſpiam litis fiat, iuxta communem plurimorum ſententiam, quam deduximus in repetition. *l.nemo poteſt n.138.ff.de leg.1.* à fortiori Legiſlator id poteſt lege ſtabilita decernere in caſu ſpeciali, & ex cauſa ob fraudes euitandas vt in ſpecie *d.l.28.*

Circa cuius l. praxim nonnulla obſeruauit Laſ- 5 ſart. *dict.c.18.numero 75.cum ſequent.* Primum eſt, quod cum l. illa ſit exorbitans à regulis iuris communis, quo cauetur, vt vnius teſtimonium non ſufficiat ad faciendam fidem etiam ſi is præclaræ Curiæ honore præfulgeat *vt in l.iuris iurandi, C. de teſtibus l.22.ad fin.tit. 16. par. 3. & prædict. l.* Regia duas ſcilicet in effectu mediatoris, & emptoris perſonas tantum nominauerit, & excipiat, in reliquis perſonis præter has duas generalis iuris regula obſeruanda erit.

Secundum quod ita demum emptoris, & me- 6 diatoris dicto in hac materia ſtandum ſit, ſi per gabellarium adducti ſint teſtes, vt apertè ea l. exprimit: alias namque contra gabellarium adductum in teſtem vnus eorum à venditore nullam fidem faciet ex regul. *d.l. iuris iurandi* quia ceſſat fauor, & ratio euitandæ fraudis, quam pro gabellario conſiderauimus neque obſtat alia regula in contrarium, quæ habet, æqualitatem in iudiciis eſſe ſeruandam, *l. cum quidam C.de fruct. & lit. expenſ.cum ſimil.* & altera correlatiuorum vt quod dicitur diſpoſitum in actore, ad reum extendi debeat, *ex Felin.proœm.* Gregor. *n.8.* Procedunt enim hæc regulæ cum eadem eſt ratio & correlatiua pariformiter ſe habent, alias ſecus, vt in caſu noſtræ l. *ex traditis per eundem* Felin. poſt Abb. *vbi ſupra n. 4. &* & Abb. *in c.1.de loc.*

Tertium, quod emptoris dicto credi debet, 7 quando alias de ipſa venditione conſtaret nempe per partium confeſſionem aut alio modo, de certa autem pretij quantitate dubitaretur, cuius gabella ſolui deberet, aſſerente gabellario, verbi gratia, centum aureis venditionem fuiſſe celebratam, ac ideo decem ſibi gabellæ nomine deberi: venditor autem minoris vendidiſſe teſtetur, eo namque caſu iuxta teſtimonium emptoris per gabellarium in teſtem adducti iudicandum erit niſi aliter de pretio venditor probauerit: cæterum ſi nedum de pretio, ſed & de venditione quoque diſceptetur, an ſcilicet, contracta fuerit necne. Debitore negante, ſe vendidiſſe emptor autem affirmet, non quidem in hac ſpecie erit ſolius emptoris audienda reſponſio iurata per gabellarium contra venditorem in teſtem adducti: aliter enim fieret, vt vel emptor eſſet teſtis in cauſa propria ex ſoloque ſuo dicto venditio confirmaretur, vel vt ex non probata venditione gabella ſoluatur quorum vtrunque magnum abſurdum eſt, ac propterea reiiciendum, *l.obſeruare. §. fin.ff.de officio.Proconſul.l.nam abſurdum.ff.de bon. libert. & c. quemadmodum de iure iur.ita* Laſſart. *d.c.18.n.77.*

Nec contra hanc obſeruationem obſtare videtur generalitas d.l.28. *ibi Que vala todo lo que dixere: & ibi: Y aſſi miſmo ſea creydo el comprador,* quibus verbis probari videtur, ſtandum eſſe quoad vtrumque dicto emptoris iurato bonæ famæ vt per ea in terminis contra Laſſart. vbi ſupra tenet Girond. *de gabell. 4. part. in principio num. 25.* Reſpondemus enim. Primo quod pro conſtitutione habet l. hæc, venditionem fuiſſe celebratam vt patet ex verbis eiuſdem l. præcedentibus ſicque præſupponitur, de hoc non dubitari, quia cum de vno quæritur, cætera præſupponuntur habilia, text. *in c. 1. de ætat. & qualit. lib. 6.* tum etiam, ne offendatur duplex iuris regula, ſed vna tantum, nempe ea de qua in d. l. *iuris iurandi,* quæ habet, vt non ſtetur dicto vnius teſtis: illa vero quæ habet vt nemo in cauſa propria ſit teſtis, de qua in *l.omnibus in re propria.C.de teſtib.cum ſimul,* & ne duo ſpecialia concurrant circa eandem rem contra *l.1. cum materia. C. de dot. promiſſ.* & prætcrea ratione magni abſurdi euitandi: idemque erit obſeruandum in mediatoris dicto, vt probat quoque Laſſart. *n.78.*

8 Quod ſi neuter contrahentium contractui venditionis, aut permutationis ſtare velit, ſed vterque contraxiſſe negauerit, bene poterit contra eos, vel contra alterutrum mediator in teſtem adduci per gabellarium, ex dict. l. *Regia* 28. quia ceſſant abſurda, & viget ratio euitandæ fraudis de qua ſupra, ne forte contrahentes cum à contractu mutuo conſenſu receſſiſſent, factum venditionis, aut permutationis occultent, & gabellam defraudent, cum re vera ipſa debeatur, veluti cum ex interuallo à contractu diſcedunt, iuxta à nobis ſupra reſoluta *q.10.n.2.* & ita in terminis probat male Laſſar. *vbi ſupr.n.79.*

9 Debet tamen articulari, & probari in propoſito bona fama proxenetæ, & mediatoris, ſiue emptoris quibus caſibus eius dicto ſtandum eſt, cum dict.l.
10 28.hoc requirat. nempe, quod ſi bonæ famæ. † Nam quando lex, vel ſtatutum requirit bonam famam, & opinionem in teſte, debet probari iuxta doctrinam Angel. *in l.2.is idem ff. quemadm. teſt. aperiantur* quem refert & ſequitur D. Couarru. *de teſtamen.c. relatum 1. numero 6.* vbi dicit eſſe communem plures allegans, refert, & ſequitur Auendan. *1.parte.c.6.Præt.n.6.in verſ.imo in caſu, & in ſuo repert.in parte coſtumbre. verſ. item aliquid.& reſponſ.14.n.4.* Roland. à Vall. *conſilio 3. num.56.& ſequenti, libr.1. addit.* Bernard. Diaz *in regul.65.in 7. limit.* Azeued. *in l. 6. numero 18. titul.9.libro 3.* D.Molin.de Hiſpan.primog. *lib.2.c. 6.num.3.* Ioan.Garſ.de expenſ. *& melius c. 9. à n. 14. cum ſequentibus* Duennas *regul.75.numero 4.*
11 † quæ communis Angeli opinio intelligenda eſt, tunc demum, quando lex, canon, vel ſtatutum ratione illius qualitatis, quam exprimit illos teſtes admittit, qui alioqui iure non eſſent admittendi, in quibus terminis Angel. loquitur, & plerique alij qui hactenus eius ſententiam defendere ſunt conati, nempe ipſemet Hypolit. teſte Couarru. vbi *ſupr.in verſ.quarto (vt hic contingit)* & in terminis *dict.l.28.præd.* referens Girond. *de gabell.4.parte in principio n.26.*

12 Secundus caſus principalis, in quo circa probationem in materia gabellarum receditur à regulis ordinariis communis eſt *acerca de la prouança para la alcauala del vino que ſe vende por menudo: porque en eſto la l. titul. 19. hoc libro 9. dize que el ſeñor del tal vino es obligado à dar cuenta dello al arrendador, o arrendadores, y pagarles el alcauala dello deſcontando lo que dieren, y beuieren, taſſado razonablemente por vn Alcalde, y dos buenos hombres de buena fama do morare el vendedor, ſobre iuramento que el vendedor haga de lo que pudo dar y beuer, ſegun ſu eſtado, y que de la tal taſſacion no aya apelacion: y conforme a la ley 16.del dicho titul.19. ſi el arrendador dixere, que la cuba, o tinaia, o otra vaſiia en que eſtuuiere el dicho vino hazia mas de lo que el dicho vendedor manifeſtare, ſe han de nombrar perſonas por las partes que aprecien la vaſiia con iuramento, y à ſu taſſacion ſe eſtar, paſſar: y por la parte que no quiſiere nombrar, ha nombrar la iuſticia taſſando tambien en la manera que dicho es, y con el iuramento del dueño del vino lo que podra beuer el, y los de ſu caſa, y dar ſegun ſu eſtado y condicion, loqual ſe ha de deſcontar iuntamente con las hezes, y ſuelo de ello y lo que coſtare medir la vaſiia en caſo de diſcordia de los taſſadores. Pero en eſto ha ſe de ver oy dia la condicion de los nueuos apuntamientos de las alcaualas, que comença. E con condicion que los arrendadores, y los fieles, &c. que eſtan pueſtos al fin deſte libro, adonde ſe trata eſto mas en particular y ſe da nueuo orden y forma de lo que ſe ha de hazer y proueer.*

Tertius caſus eſt *en las coſas que ſe venden en tiendas por menudo* in quibus probatio fit iuxta formam, *l.7.tit.7.hoc li.9.* cuius ſpeciem retulimus in fin.quæſtionis præced.

Quartus caſus eſt, quod ex confeſſione præſum- 13 pta probatur petitio gabellæ, videlicet, *ſino ſe conteſtaſſe la demanda dentro de tercero dia, precediendo el auiſo del iuez, y del eſcriuano,* de quo in *l.4 tit.7. libr. 9. & ſupr. de hoc diximus aunque tambien es regular en otras meterias fuera de alcaualas, no ſe conteſtando la demanda dentro de nueue dias, conforme a la l.Real del titulo 4.de las conteſtaliones libro 4.l.1.* vbi quod ex hoc habeatur pro confeſſo.

Item probatur petitio gabellæ ex non abſolutio- 14 ne iuramenti intra tertium diem à gabellario reo deleri, *vt in l.7.& 6.tit.7. libr. 9.* de quo etiam ſupra egimus.

Tenetur etiam reus ad fundandam actionem 15 gabellarij exhibere ei inſtrumentum venditionis contra *reg.l.ſi.cum ſimil.C.de edend.per l.nec quiſquam ff.de edend.* Baldus *in l.1.§.editiones n.3.in fi. ff.eod.de quo ſup.egimus aliâ q.* vbi etiam docuimus hoc hodie eſſe regulare in cæteris cauſis iuxt. praxim Reg.Chancell.Valliſoletanæ. † Sed eodem 16 modo quo gabellarij poſſunt debitores, & mercatores compellere ad exhibendos libros per *l. 23. cum ſeq.tit.19.lib.9.nouæ coll. Reg.* poſſunt etiam ipſi gabellarij compelli ad exhibendos libros ſuos ad petitionem aliorum, *ſecundum,* Bald. *in l. 1.C.de condit.ex leg.* quem refert & ſequitur Firmianus *de gabellis 4.part.nu.9.* intelligens verum tantum in particula faciente ad propoſitum ſicut dicitur de libro mercatorum & Girond. *de gabellis 4.par.in princ.num.44.*

Sed *an credendum ſit libris gabellariorum* & 17 partem affirmatiuam tenet Battol. *in l. quædam §. numularios in fin. ff. de edict.* eo quod ſint electi publica authoritate licet non ſint publicæ perſonæ, refert & ſequitur Firmian. *vbi ſupr.num.2.cum ſequentibus* plura ſimilia adducens de aliis libris, quibus creditur quæ refert nouiores authores adducens Girond. *vbi ſupr. n. 29. cum ſequent.* & inquit Angel. *in d.§.numularios,* quod ita communiter obſeruatur ſequitur Decius *in c.cum cauſam,*

num.7. de probationibus Curtius *in l. admonendi*
num. 113.*de iureiur.* vbi refert Doctores ita com-
muniter tenere,provt etiam tenet & idem teſtatur
Maſcardus *de probationibus* 2. *tom. concl.* 975.
18 *num.*39.*vbi num.* 40. † ampliat vt probet etiam
negatiuam , puta , quod quid non ſoluit colle-
19 ctam 2. Bar.& DD.*n.*41. † hoc limitat , vt tan-
tum locum habeat in his , quæ pertinent ad eo-
rum officium & non vltra 2. Soc.*conſi.* 208. *viſis*
20 *actis verſic.* 3.*ex libris cum ſeq. volum.* 2. Et †
*num.*42. limitat etiam,vt non procedat , quando
eſſet deputatus vltra dictum officialem alius nota-
rius , qui habere , ſcribere , vel ſubſcribere ; eo
enim caſu , ſine notarij deputati ſcriptione , vel
ſubſcriptione non probaret liber ſuſceptoris ga-
bellæ,vt declarat Alex. alios citans,*in d.§. numu-*
*larios,poſt n.*3.
21 Sed nihilominus contrariam opinionem late
merito probat Girond.*de gab.*4.*par. num.* 33. *cum*
plurib. ſeqq. & ſic quod intrepide non credatur
libris gabellariorum,attentis noſtris temporibus ,
quoniam gabellarij non ſunt authoritate publica
deputati , ſed tantum ſunt conductores , quibus
non multa ſemper eſt adhibenda fides, nec boni
viri præſumuntur , quorum nomen eſt Deo , &
hominibus odioſum 2. *Franciſcum, Luc.in tr.de*
*fiſc.& eius priuil.*4.*part.nu.*3.*vol.*1.*tr.diuerſ.DD.*
nec de his gabellariis , loquuntur , DD. primam
22 opinionem tenentes.Tunc† namque libri pro pu-
blicis habentur,& plenam fidem facerent,quando
eſſent confecti per officiales publicos ad hoc pu-
blicæ ſuperioris authoritate conſtitutos , *ita Gar.*
*Molin.alios alleg.in conſu.Pariſ.titul.*1.§. 5.*n.*23.
& Menoch.*de arbit.iudic.lib.*2.*Cent.*1.*caſu* 91. *n.*
19.*alios referens*,& Molineum vbi *ſupr.*Sic intel-
ligit Firmian.vbi *ſupr.* nempe in concernentibus
officium,dict.officialium.
23 Vnde licet per libros præpoſitorum gabellis
probetur ſolutio,vel non ſolutio gabellæ,non ta-
men plene probatur contractus , ſi de eo princi-
paliter agatur, vt pulchrè decidit Alex. *conſi.* 36.
*viſo proceſſu,col.*1.*lib.*5.Deci.*& alij quos ibi citat,*
ſequitur etiam Girond.*vbi ſupr.n.*38.
24 Vbi eam Firmian. & Bald. opinionem hodie
veram intelligit in libris maiorum Contatorum ,
vel officialium de la contaduria,& contractionis,
& factorum maiorum, & in gabellarum admini-
ſtratoribus,qui authoritate publica , & Regia ad
huiuſmodi officia deputati ſunt, *como es en los li-*
bros de los fieles pueſtos por la iuſticia & ſic au-
thoritate publica, & Regia , *para adminiſtrar las*
rentas Reales.

SVMMARIA.

1 *Debitores gabellarum qua via conueniri queant pro earum ſolutione,& num. ſequentibus , competit ad hoc conditio ex lege,vel ſtatuto , vt in num.* 2.

3 *Inſtrumentum, quodcunque contra fiſcales debitores habet executionem paratam, declaratur tamen numeris ſequentibus,& reſoluitur, n.* 12.

9 *Debitor fiſci an ſuos debitores remediis fiſcalibus excutere valeat,& num.*8.

10 *Mutatione perſona mutatur priuilegium.*

11 *Debitor debitoris fiſcalis, neque ad pœnas, neque ad carceres arctatur , niſi ſe ſubiecerit illis executionibus in forma cameræ.*

13 *Sententia prima in materia gabellarum , non exequitur, ſi ab ea fuerit legitime appellatum , niſi fuerint duæ conformes.*

14 *Copia Tabellionum circa exactionem gabellarum exequuntur,vbi conſuetudine hoc legitime introductum fuerit,vt Placentiæ,& num.*16. *ponitur praxis in hoc.*

15 *Conſuetudine effici poteſt inſtrumentum id , quod alias non erat , & quod priuatæ ſcripturæ credatur.*

16 *Teſtes approbatorij , vt non remaneant poſtea obligati,quomodo ſibi cauere poſſint ?*

17 *Creditor priuatus non poteſt executionem petere aduerſus debitorem debitoris ſui niſi mandatis ſibi actionibus,vel dato nomine debitoris ſui inſolutum citra acceſſionem , vel delegationem, vel debitore ſuo condemnato,atque exiſtente non ſoluendo,tertio ſe illis debitorem confitente, vel per malitiam refragante,quæ incontinenti doceri poſſit : idem in fiſco , vt in numer.* 18. *præterquam in tribus caſibus , de quibus in numer.*19.

20 *Executiua via quando procedi valeat , contra teſtes approbatorios aſſirmantes , conductorem gabellarum eſſe diuitem , hoc eſt,* abonado para pagar la renta Real que en el ſe remato.

QVÆSTIO CXLIV.

Qua conueniri queat debitor gabellarum.

QVæto modo : *quâ viâ gabellarius conuenire* 1
poſſit,ac debeat venditores , aut permutato-
res pro exactione gabellæ,an ordinaria , vel execu-
tiua ?
Competit enim condictio ex l. vel ex ſtatuto , 2
argumento *l.*1.*vbi notant* Bart. & DD. *ff. de con-*
dict. ex l.Bald.*in l.ex placit. colum.fin.C.de rerum*
permut. Firmian. *de gab.* 4.*par. num.*1.Caſſan.*in*
*conſu.Burg.Rubric.*4.§.11.*in tit. verſic.por la moi*
de la dubte, num. 2.quod refert , & ſequitur Gi-
rond.*de gab.*4.*par.in princ.n.* 1. vbi quod attenta
noſtra *l.*1.*tit.*17. *hoc lib.* 9. competit gabellariis
condictio,ea lege.
Sed an hæc condictio ſit via ordinaria in iu- 3
dicio deducenda , vel executiua poſſit agi ex ea ,
hoc eſt,quod quærimus,& in hoc Roderi.Suarez
in repetit.l.poſt rem iudic.in 7.*caſu pag.*261.*col.*2.
ff. de re iudic. tamen † quodcunque inſtrumen- 4
tum contra fiſcales debitores habere paratam exe-
quutionem ex text.*in l. miſti oper. C. de exactor.*
*trib.lib.*10.vbi ad fin. loquens text.in ex actoribus
publicorum tributorum, dicit , iudicibus quoque
eorumque officiis eatenus ſubuenimus,vt in con-
tumaces debitores cuiuſlibet dignitatis,authorita-
tem ſuam exerceant:At ſi imprudenter ſolutio dif-
ferant actores , procuratores , eorumque prædia
perſequantur,de eorum quoque nominibus ad no-
ſtram ſcientiam relaturi,& ibi gl.verbo, *dignita-*
tis,inquit,& dic authoritatem,ſcilicet , capiendo
perſonam,ergo pro exactione tributorum Regis
competit via executiua.Idem probatur *in l.*2.*C.de*
*appar.præſe.ann.l.*12.cuius verba ſunt hæc : *Præ-*
fectus annonæ canonem,qui ad officium ſuum perti-
net,per compulſores ſuos exigit,& cum officio ſuo re-
tineatur obnoxius,qui ad implendum canonem de-
uotionis ſuæ exactionem non oſtenderit:Facit etiam
tex.*in auth.de mand.Princ.§.coges coll.*3. vbi quod
tributarius ad ſolutionem tributorum ſtatim debet
compelli:ergo via executiua.Et † ita tenet Bald.*in*
*l.*1.*C.de condicti ex l.*1.*n.*1.*verſ.*3.*oppono & in l.*1.
colum.

*col.*3. *num.*7.*C.de hered.vel act.vendi* , idem Bald.
*conſil.*434.*num.*1.*volum.*3. vbi quod in exigendis
publicis functionibus puta,tributis,vel datiis , &
collectis, nullus ordo exigitur , nec citatio requi-
ritur,& in his iudices,& examinatores procedunt
de plano cogedo, & exigendo non citando, & pro-
cedendo , licet ſi debitor aliquam propoſueret
legitime exceptionem , audiendus ſit, refert , &
ſequitur Ægidius Tomati in *tr.de coll.§. retenta*
proxima diſcuſſione,num 30.*cum ſeq.fol.*159.*in* 12.
volum.tr.diuer.in nouis,& Azeued.*in l.* 6.*num.* 11.
cum ſeq.tit. 14.*lib.* 6.*nou. coll. Reg.* & alios plures
allegans in terminis Girond. *d.*4.*par.in pri. n.* 3.
affirmans, ex præd. iuribus gabellarum debitores
conueniendos eſſe remedio exequutiuo de plano,
& abſque citatione incarcerando,& percipiendo
pignora : Expendit præterea in hanc eandem par-
tem nonnullas ll.Regias,& præcipue illas , quæ
iubent , in gabellarum cauſis eſſe procedendum
breuiter,& ſummarie ſine ſtrepitu,& figura indi-
cij,*vt in l.*5.*tit.*7.*hoc lib.*9.& Girond. *refert & ſe-*
quitur Azeued.*in l.*14.*n.*2.*lib.*9.
6 Ego profecto hoc nimis rudum groſſum, & in-
digeſtum cenſeo eſſe. Leges ſiquidem iuris com-
munis ſupra allegatæ loquuntur,quando debitum
eſt liquidum, per confeſſionem , vel quando non
cadit probatio negationis,vt in tributis, item con.
tra immediatum debitorem fiſci, nam quoad de-
bitores fiſci requiritur ordinarius proceſſus , pro-
poſita conditione ex *l.vt in d.l.miſti opinatores*
& tamen Bald. & Roder. Suarez vbi *ſupr.* nec
non.& Auiles *c.*10.*præt.in gl. execut. num.* 43. &
7 Azeued.*in l.*14.*num.*2.*tit.*21. *lib.*4.*nou.coll. Reg.* †
Dicens quod tex.*in d.l.miſti*, loquitur in publicis
exigendis tributis,& functionibus, in quibus de
plano, nullo ſeruato iuris ordine,& ſine citatione
proceditur,& ſic in tributis, vbi nulla negatio ea
ſoluendi cadere poteſt , & quodlibet inſtrumen-
tum, per quod appareat illum eſſe debitorem, po-
terit exequi contra eum, provt ſic declarat Roder.
Suarez vbi *ſupr.* & Quemada *in quæſt. fiſc.* 9. &
Baeca *de inop.debit.c.*13.*num.* 21. & 22. Sed pro
aliis debitis non ita ex quolibet inſtrumento exe-
cutiue procedetur contra debitorem fiſci , ſed
ex tali , quod executionem mereatur , ne leges
8 extra caſus , in quibus loquitur , extendamus , †
Quinimo , & idemmet Girond. vbi *ſup. n.*6.
ſupradict. ſuam reſolutionem intelligit veram
cum duabus limitationibus , nempe quando de-
bitum fuerit liquidum confeſſione partis vel in-
ſtrumento, & quando ageretur contra debitorem
principalem : ſecus ſi contra debitorem debitoris
alicuius conductoris , vel gabellæ debitoris : quia
tunc temporis tantum procedi poteſt via ordina-
ria , & proceſſu ordinario , intentando præd. l.
Regiæ conditionem , vt reſoluunt Roder. Suarez
Auiles vbi *ſup.* & vltra eos bene Pereg. *de iure*
9 *fiſc. lib.*6. *tit.* 7.*n.* 18. † dicens , quod quamuis
debitor fiſcalis ſummatim , & executiue con-
ueniatur , non tamem ipſe debitores ſuos remediis
fiſcalibus excutere valet , ſed illos iurè ordinario
coram ſuis iudicibus conuenire debet. *l. hi qui* ,
C. de conuen. fiſc. debit. lib. 10. & quod aliqui
intelligunt, niſi ex cauſa fiſcali debitum contra-
xiſſent , ad text.*in l. non intelligitur §. multa ff.*
*de iure fiſc.*ſed ipſe non ſimpliciter admittit,quia
10 mutatione † perſonæ , mutatur priuilegium , *l.*
*Paulus §.*1.*ff.de acquir.hered. l. filiusfamil. ff.ad*
leg. Falcid.& cum infinitis adductis, per Roland.
à Vall.*conſil.*61.*num.*5.*cum ſeq. vol.* 4. Ideoque †
11 debitor debitoris fiſcalis nec ad pœnas, neque ad
carceres immediate arctatur , niſi ſe ſubiecerit
illis exequutionibus in forma cameræ,*Guid. Pap.*
quæſt. 208. vbi refert ita obſeruari in ea patria ,
& idem ſentit Boher. *deciſ.* 180. *num.* 10. quos
refert Peregrin. vbi *ſupr.* dicens , quod ita quo-
que obſeruatum vidit , & *num.* 19. addit , quod
neque fiſcus exequutiue procedit in perſonam
aduerſus debitorem,& ſic in aliis cauſis debitoris
fiſcalis,ſecundum Salicet.*in l.*1.*C. de condit. ex l.*
*limit.vt infr.dicemus:*Aliud autem,quod diximus ,
coram ſuis iudicibus conueniendos eſſe debitores
fiſci,tenet etiam gloſ.*in l.*2.*C.de primip.lib.*12.ſed
contra ſentit tex.*in l. ſi debitum ibi , per officium*
procur.C.quando fiſcus,&c.& ita practicatur , ſe-
cundum Peregrin.*ſupr.n.*28.
Quare rem hanc,ſic reſoluendam eſſe cenſeo : 12
vt regulariter pro exactione gabellæ ſit agendum
via ordinaria ſummariæ tamen, & de plano , ſine
ſtrepitu , & figura iudicij eſt procedendum,præ-
terquam in caſibus à iure expreſſis , in quibus
alias executiue agi poteſt , nempe per inſtru-
mentum publicum guarentigium , ſententiam
tranſactam in rem iudicatam , vel executoriam ,
confeſſionem claram in iudicio factam , chyro-
graphum recognitum in iudicio vel iudicis man-
dato , aut per ſententiam vigore compromiſi le-
gitime latam : his caſibus exceptis & ſi qui alij ,
exequutionem paratam habentes , inueniantur ,
in cæteris omnibus regulariter agendum eſt ,
præd.via ordinaria ſummarie tamen , & de pla-
no ſine ſtrepitu , & figura iudicij , vt prædixi-
mus. Ad quod ſic tenendum, 1.moneor ex doctri-
na Roderic. Suarez & cæterorum ſupra citatorum
cum ſuis declarationibus nempe , vt in his tribu-
tis , in quibus poteſt cadere negatio (provt in
gabellis contingit)non procedatur via executiua,
nec contra debitorem debitoris.
Secundo quia nulla l.gabellarum quaterni hoc
priuilegium exequutionis paratæ reperitur con-
ceſſum expreſſe exactioni gabellarum : ergo in ea
ſeruandæ ſunt aliæ ll generales huius Regni, qui-
bus habemus cautum,& deciſum , quod prædixi-
mus, via enim executiua regulariter agi non po-
teſt,niſi in caſibus à iure expreſſis.
Tertio allego pro hac parte optimam, & pene
expreſſam l. in terminis nempe 10. *titul.* 16. *hoc*
lib. 9.ibi : *que fagan entrega , y execucion contra*
las perſonas , y bienes de las perſonas , que aſſi
deuieren los tales marauedis, y de ſus fiadores por
qualeſquier marauedis y otras coſas que aſſi de-
uieren, o ouieren a dar ſegun las obligaciones , y
priuilegios , y libramientos acceptados , y otros
arecados quales fueren moſtrados , que truxeren
apareiada execucion. Expende verba : *que truxe-*
ren apareiada execucion:Ergo in hac materia ga-
bellarum , ea ſola inſtrumenta executionem para-
tam habebunt , quæ alias eam habeant paratam ,
quæ licet loquatur contra los arrendadores , ô fie-
les, ô cogedores de rentas Reales à fortiori locum
habere debet in venditoribus, & permutatoribus
particularibus , à quibus ſigillatim petitur , &
prætenditur deberi gabella ſuorum contractuum,
cum illi ſint neceſſario obligata inſtrumento pu-
blico cum fideiuſſoribus:hi vero non, ſed libello
ſimplici probando inſtrumentis, vel teſtibus con-
ueniuntur.
Quarto, pro hac eadem parte conſidero , quod
ll.gabellariæ *tit.* 17.*del orden iudicial en pleytos*
de rentas,dum præd. ordinem iudicialem præſcri-
bunt,*hablan en via demanda , y reſpueſta , y de*
prueua , negando el reo , que es la via y modo

ordinario de proceder regularmente en todas las cauſas, pro quibus via exequutiua non competit, vt conſtat ex omnibus prope ll.dict.tit.præ ertim, l.1.2.& præmaxime, ex l.3.4. & reliquis eiuſdem tit.& nuncupatim ex l.5. eiuſdem titul.vbi, *que ſe den tres dias para reſponder à la demanda de alcaualas, y rentas Reales, y que el no ſea obligado à conteſtar la demanda, que le fuere pueſta dentro de tres dias, por ante el eſcriuano, o por memoria llana mente hecho, ſin conſeio de abogado*: Ergo non competit via executiua, *ſino ordinaria de demanda, y reſpueſta, aunque los iuezes en eſtas cauſas de alcaualas, y rentas Reales, ſon obligados à proceder, y las han de librar breue, y ſumariamente de plano, y ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſabida ſolamente la verdad, y ſegun las leyes, y condiciones della*, hoc autem non inducit viam exequutiuam, ſed ordinariam, quam lex præbet breuiorem, & tamen ſummariam eam efficit, vt conſtat ex prædictis.

Quinto, & denique quia, *vt infr. in alia quæſtione reſoluemus*. Prima ſententia diffinitiua in hac materia gabellarum exequi non poteſt, ſi ab ea fuerit legitime appellatum, niſi fuerint duæ ſententiæ conformes, vel in breuioribus cauſis (hoc eſt) de menor quantia, de qua infra ibidem agemus: Ergo via exequutiua regulariter agi non poteſt contra gabellam debentes, niſi in caſibus, in quibus id priuilegium exequutionis paratæ conceſſum repetitur: alias namque prima ſententia exequutiua in materia gabellarum exequenda eſſet, non obſtante appellatione ab ea interpoſita, provt ſimile priuilegium iure noſtro, Regio conceſſum eſt cauſæ exequutiuæ nempe, que la ſentencia de remate ſe execute, ſin embargo de apelacion, y nullidad, *vt in l.64*.Taur.

Sexto & vltimo: quia ſi attenta *l.28.tit.19. hoc lib.9*.dicto mediatoris, vel emptoris iurato in teſtem producti per gabellarium ſtandum eſt, ac danda eſt ei plena fides ad condemnandum abſque alia probatione, indignum quippe foret & abſurdum proculdubio, vt vno tantum teſte (cum neque etiam pluribus id fieri queat) exequutiue agi poſſet.

Non obſunt modo iura, & ll.Regiæ in contrarium adductæ per Girondam, & non quidem dicta l.miſti opinionem, quia iam ei eſt reſponſum, nec etiam text *in §.coges, authentic.de mand. Princip*.quia eodem modo ſunt intelligendi, nec *l. 9. tit.16.hoc lib.9*.ibi: *y ſiendo la tal acceptacion fecha por ante eſcriuano, que traya apareiada execucion, como ſi fueſſe obligacion liquida, porque eſto eſtà expreſſo aſſi por la dicha l. y antes prueua que fuera de aquel caſo no competa execucion, ſi alias los recados no fueren tales, que la traygan apareiada, como lo dize la l.10.luego ſiguiente que arriba auemos traydo, y referido ſu letra.*

Similiter non obeſt lex 14. *tit.7.hoc lib.9. que manda, que ſe haga entrega, y execucion en los theſoreros y recaudadores por los libramientos de los Contadores mayores, que en ellos fueren librados. Porque eſto es iuſtiſſimo, y en ſu caſo ſe ha de guardar aſſi: pero eſte no es nueſtro caſo; ſino quando el alcaualero pide al que vendio, o troco alguna coſa el alcauala, y el reonienga deuerla, o no tanta como ſe le pide, y ſobre ello ay pleyto, o le puede auer iuſtamente. Porque ſi confeſſaſſe en iuyzio deuerla, o ouieſſe otra eſcritura, que como dicho es, traxeſſe apareiada execucion ſobre ello, ya no ſeria via ordinaria, ſino executiua como auemos dicho.*

Nec etiam obeſt *l.31.& 32.tit.19.lib.9.* què menda, *que dentro de cinco dias ſe manifeſte, y pague el alcauala*, &c. *Porque eſto no quita, que ſi no ſe deue por alguna razon iuridica, no ſe pueda defender de ello por iuſticia, en la via que ouiere lugar por ella perdir ſe le el alcauala.*

Las leyes Reales, que diſponen que en los pleytos de alcaualas ſe proceda breue, y ſumariamente, ſine ſtrepitu, & figura iudicij ſola facti veritate inſpecta: *y a eſtà declarado arriba, como ſe han de entender, y es, que no por eſto compete via executiua, para pedir eſto compete via executiua, para pedir las alcaualas regularmente, pues las miſmas leyes obligan, à que aya demanda, y reſpueſta, y litis conteſtacion, loqual no procede en la via executiua. El capitulo treynta y vno de los nueuos apuntamientos de las alcaualas, yo no hallo que prueue nada contra nueſtra r formacion, ni menos la ley 14.titul.21.lib.9.como allì lo declara* Azeuedo.

Los authores allegados por Girond. *vbi ſupr.* por la contraria parte loquuntur plerique in aliis caſibus, & cæteri intelligendi ſunt iuxta ea quæ ſupra diximus, quæ nobis minime obſunt.

Denique experientia quotidiana, quæ eſt optima rerum magiſtra, docet, noſtram reſolutionem eſſe veram, & manifeſtam, ſiquidem quotidie videmus innumeras, atque infinitas lites iudicio ordinario tractari, non vero èxequntiuo, ſuper exactione gabellarum contra ipſos venditores, & rerum ſuarum permutatores: idem à fortiori procedit contra debitorem debitoris fiſcalis, non enim contra ipſum debitorem debitoris proceditur executiue, ſed iure ordinario, licet alias debitor fiſcalis ſummatim, & exequutiue conueniri poſſit in caſibus ſupradict.

Verum tamen eſt, quod ſicubi conſuetudine 14
legitime introductum fuerit (provt eſt Placentiæ) quod copiæ tabellionum quas *l.10.tit.17.lib.9.* ipſi tenentur ſingulis menſibus (ſi petantur) præſtare, exequantur, huiuſmodi conſuetudo vim l. habebit, ac proinde exequutionem paratam deinceps habebunt, hoc operante ipſa conſuetudine, quæ poteſt tribuere ſcripturæ viam exequutiuam,
quam alias non habebat. Sicut † etiam poteſt 15
effici conſuetudine inſtrumentum authenticum id quod alias non erat, & quod priuatæ ſcripturæ credatur, vt cum Rebuff.*in 3.tom.conſtit.Franc.tit. de conſuetud.in præfat.num.76*. tradit Azeued. *in Rub.tit.25.num.13.lib.4.nou.collect.Reg*.& probatur *in c.cum dilectus in 2.par. de fide inſtrum.per quem tex.& ex l.8.tit.9.lib.2.for*. idem probauit Didac.Perez *in l.5.tit.8.lib.3.ordina colum*. 1105.
verſ. intellige tamen. Et † in terminis etiam circa 16
conſuetudinem ita tenet Azeued. *in l.6.num.11. tit.10.lib.9.* nempe quod virtute inſtrumenti venditionis, vel copiæ eius præſtitæ à tabellione, coram quo inſtrumentum illud fuit confectum, fiet exequutio, iubendo, vt ſoluat intra vnum diem ſub exequutionis comminatione, & tunc ſi
non ſoluit, fiet exequutio pro gabella illa, & † *num.* 17
12. ponit remedium, quo cauetur teſtibus approbatoris, vt non remaneant obligati, ſcilicet, quod tempore depoſitionis proteſtentur, ſe nolli teneri, nec remanere obligatos ex illa approbatione, vel dicant, quod bona illa tempore quo deponunt, valent tot nummos: neſciunt autem, an tempore ſolutionis id valebunt, vt inquit Girond.*de gab. 3. par.n.33*.& Azeu.*in l.14.tit.7.lib.9*.nempe ſi tempore ſolutionis conductores gabellarũ, quos diuites affirmarunt, huiuſmodi non fuerint, *vt per eoſdem*.

Quod

Quod autem contra debitorem debitoris fiſcalis exequutiue procedi non poſſit, probat, quia
18 † ſicut priuatus creditor debitoris ſui non poteſt excutere, hoc eſt aduerſum illum exequutionem petere, niſi mandatis ſibi actionibus, vel dato nomine debitoris inſolutum citra ceſionem, vel delegationem, vel debitore ſuo condemnato, eoque exiſtente non ſoluendo, tertio ſe illius debitorem confitente, vel per malitiam negante, quæ incontinenti edoceri poſſit: ita etiam indubitanter fiſcus in præmiſſis ſimiliter caſibus debitorem debitoris ſui exigere poteſt, quia vtitur iure communi non alias, vt conſtat ex traditis per An-
19 ton. Pereg.*de iur.fiſc.lib.6 tit.7.n.25.& 26.* Vbi limitat in fiſco, in tribus caſibus ſpecialibus, in quibus ipſe debitorem ſui debitoris, etiam non condemnatum, exigere poteſt, quos recenſuit text. *in l.non intelligitur, §.multa, ff.de iur.fiſ.* Primus eſt, cum debitor principalis non eſt ſoluendo, *vt in d.§.multa, & in l. non prius, C.quando fiſ.& l.1. C.de condit.ex l.* Alias enim cum debitor principalis eſt ſoluendo, fiſcus non agit contra illius debitores *l.1.ſecundum 3.lecturam gl. ibi C. de fid. inſtr.lib.10*. Secundus caſus eſt, quando ex ratione fiſ.apparet, debitum fuiſſe contractum, vt in exemplis Bar.*in d.§.multa*.Tertius caſus eſt, ex contractu fiſcali debitores conueniuntur, *vt in d.§.multa*, vbi Bar.etiam exemplificat, & hos tres caſus intelligit Pereg.*vbi ſupr.* etiam quod debitor principalis non ſit condemnatus ſecundum Bar.& communiter alios, quamuis gl. aliud ſenſerit in d. 3. caſu.Item præd.3. caſum intelligit Pereg. cum debitor debitoris fatetur, ſe eſſe debitorem, alias ſecus, iuxta gl.*n d.§ multa per tex.in l.ſi debitum, C. quando fiſ.& ibi* Bald.

20 Addit inſuper Girond.*de gab. d. 3. par. n. 33.* quod via exequutiua ſimiliter procedendum ſit contra teſtes, affirmantes, conductorem gabellarum eſſe diuitem: *y aſſi contra los abonadores*, dicens ita reſoluere Azeue.*in l.3.tit.9.lib.3.reco.n.13*.qui tamen corrupte eum allegat, cum ibi hoc non dicat, neque agat de huiuſmodi teſtibus, ſed *in l.13.eiuſdem tit.& lib.d.n.13*. ſed idem Azeue. de hoc ex profeſſo agit *in l.6.num.8.& 9.tit.10.lib.9*.vbi inquit, ſe non ita indiſtincte id aſſeruiſſe, ſed tunc demum, cum apparet nulla exceptione legitima ſe tueri poſſe debitores fiſci: nihilominus tamen, inquit, iam in practica vidiſſe, approbatores teſtes conductoris gabellarum, eſſe carceratos, & contra eos executiue proceſſum eo modo, de quo ibi latius per ipſum, quæ praxis mihi non diſplicet.

SVMMARIA.

1 *Decem dies ad oppoſitionem probandam in cauſis exequutiuis gabellarum an ſint concedendi reo, ſicut in cæteris cauſis executiuis & numeris ſeqq.reſoluitur affirmatiue num.2.cum ſeqq.limitatur n.4.in iudicibus de commiſſion.in cauſis gabellarum: ſecundo limitatur contra conductores gabellarum, vt in n.5.*

2 *Iudex regulariter ex iuſta cauſa poteſt terminum legalem augere, vel minuere, ſed contra. num.6.*

3 *Regula: qui habet pro ſe habet intentionem ſuam fundatam, præterquam in caſibus à iure expreſſis.*

3 *Legislator quando aliud vellet, quam expreſſit, illud expreſſiſſet.*

QVÆSTIO CLXV.

Demodo, & forma executionis in materia gabellarum.

QVæro in propoſito: *An in cauſis executiuis* 1
gabellarum debeant concedi decem dies debitoribus exequutis ad oppoſitionem faciendam contra executionem, cum ad vltimam bonorum licitationem citantur (hoc eſt para remate) ſicut in cæteris cauſis executiuis, vel minui, & breuiari poſſit præd. terminus decem dierum fauore fiſci? Et videtur hoc vltimum verius primo, *ex l.5.tit.7. hoc lib.9*. quatenus ibi præcipitur iudicibus, *que oyan, y libren eſtas cauſas breue, y ſumariamente, y de plano ſin eſtrepito, y figura de iuyzio, ſabida ſolamente la verdad.* Secundo ex l. 14. eiuſdem tituli, ibi: *Que no les reciban excepciones malicioſas, ſaluo, paga, o quita, o razon legitima, monſtrandola por recaudos ciertos, luego ſin alongamiento de malicia.* Ergo iudex poterit concedere arbitrio ſuo terminum intra quem oppoſitio fieri debeat.

Tertio *ex l.18.tit.7.hoc lib.9.* vbi in materia gabellarum, & reddituum Regalium exigendorum terminus præconiorum minuitur in mobilibus ad tertium diem immobilibus ad nouem dies.

Quarto *ex l.17.eodem tit.7*.vbi præcipitur iudicibus, vt in bonis conductorum gabellarum, & aliorum reddituum Regalium, ſuorumque fideiuſſorum executionem faciant intra tertium diem, ex quo ipſa fuerit petita, & venditionem pignorum ex die quo fuerit petita executio in bonis immobilibus vſque ad nouem dies ſub pœna amiſſionis officij, & aliis pœnis pecuniariis, ibi contentis: præterquam ſi in hoc termino, ſcilicet nouem dierum, fuerit edoctum de ſolutione, remiſſione, vel perſonæ captione: Ergo minor terminus datur ad oppoſitionem faciendam, & probandam quam dierum quod etiam probat l.15.eiuſdem titul.ibi: *Saluo paga, o quita, o toma que les ſea fecha por alguna perſona poderoſa moſtrandola haſta nueue dias.*

Quinto & vltimo quia regulariter iudex ex 2
cauſa iuſta poteſt terminum legalem augere, vel minuere, *ſecundum* Bart.*in l.2.num.4.per text. ibi ff.de re iudic. & authen.qui ſemel. C. quomodo & quando iudex*, quæ opinio eſt magis vera, communis, & in praxi recepta ſecundum Girond. qui plures Doctores & gloſſas idem tenentes, allegat *in tract.de gabellis 4.part.in princip.n.10.qui à n. 8.cum ſeqq*.ex præd. fundamentis hanc opinionem in terminis noſtræ quæſtionis probat, dicens ſæpius eam practicatam vidiſſe præſertim inter Regios executores.

Nihilominus tamen, quando via executiua agi iure poteſt, & agitur pro exactione gabellæ contra eam debentes ſoluere per iudices ordinarios, ego cenſeo contrarium eſſe verius, & tenendum quod ad oppoſitionem faciendam, ſint concedendi exequutis decem dies, nec hi poſſint breuiari ex generalitate, *l.2.& 3.tit.21.de las executiones, lib.4. nou.Coll.Reg*. vbi hoc præcipitur in omnibus executionibus, & contrarium non reperitur hac in ſpecie diſpoſitum, præter quam in executionibus, quæ fiunt contra ipſos Regios conductores gabellarum: ergo in cæteris gabellarum debitoribus

ratione

ratione venditionis,aut permutationis rerum ſua-
3 rum regula generalis d.ll.2.& 3. ſeruanda eſt, † qui enim habet regulam pro ſe, habet intentionem ſuam fundatam, præter quam in caſibus à iure expreſſis,iuxta gl. *in l. omnis deffinitio ff. de regu.iur.* quem ſequitur Dec.*in l.1.n.6. ff. de eod.* vbi eius Addit.allegat Alex.& Tiraq. idem tenentes,eſt gloſ.ſimilis *in rub.eodem,tit.lib. 6.* eſt communis vt plures allegans profitetur D.Couar.*lib. 2.var.reſol.c.12.n.4.ſimil.gl.in l.his, quæ contra ff. de l.* & ibi Paul.de Caſt.*n.1.*Iaſ.*in l.cætera in prin. n.3.& 4.ff.de leg. 1.* & plura in propoſito tradit Rolan.à Vall.*conſ.15.n.18.vol. 1.*

Secundo quia cum regul.dict.ll. 2. & 3. *d. tit.* 21.non reperiatur alterata in executionibus, quæ fiunt contra earum debitores ratione venditionis, aut permutationis rerum ſuarum, ſed tantum in executionibus,quæ fiunt contra conductores Regales gabellarum quibus nouem tantum dies conceduntur ex ll. ſpecialibus gabellarum ſupra pro priori parte adductis in illis tanquam in caſu omiſſo, remanet illæſa præfata regula & caſus noſter indiſpoſitione iuris communis d.ll.2.& 3. tit.21.argum.*l.commodiſſime ff.de lib. & poſthum.* † ſi enim aliud vellent legislatores expreſſiſſent, ſicut expreſſerunt contra conductores Regios gabellarum,*arg.l.vnic.§. vbi autem in fi. ibi*, nam ſi contrarium volebat,nulla erat difficultas coniunctim ea diſponere,tex. etiam *in c. inter corporalia de tranſlat.Epiſc.& in c.ad audient.de delim.*congerit plura concordantia Tiraq. *in l. ſi vnquam verbo libertis, n.3.C.de reuoc.don.Rol.a Vall.conſ. 68.n.35.lib.4.Becc.conſ.12.n.44.& conſ.32.n. 16. lib.1.* iudex ergo ordinarius debitores gabellarum aliarumque reddituum Regalium tam in terminis præconiorum,& venditionis bonorum, quam in citatione *para el remate* obſeruabit ordinem, & formam ll. huius Regni, en las execuciones & præcipue *l.fin.tit.21.lib.4.nou.Collect. Reg.* & ita obſeruatur in praxi.

4 Limitatur hæc noſtra ſententia in iudicibus Regiis de commiſſion,vulgo dicti delegati in cauſis gabellarum cum termini certi præfixione hi enim huius ratione breuiari ſolent terminos præconiorum, & oppoſitionis faciendæ aduerſus executionem, & hoc eſt quod practicatum vidit Giron. *vbi ſupr.* cæterum ordinarij iudices exequentes ſententias tranſactas in rem iudicatam vel executorias, aliaue inſtrumenta paratam executionem habentia contra debitores gabellarum ratione venditionis vel permutationis rerum ſuarum,aſsignare debent terminos executionibus, & oppoſitionibus contra executionem aſsignatos & præfinitos à ll.huius Regni omnibus præd.*tit.12. lib.4.*nec eos breuiare aut prolongare poſſunt cauſa vel ſine cauſa vel ſine ea.

5 Secundo limitatur in executionibus fiendis contra ipſos conductores Regios gabellarum in quibus nuncupatim noſtræ ll. ſupra citatæ *d. tit. 7.lib.9.nou.Coll.Reg.* alios terminos aſsignant,qui omnino erunt obſeruandi & non tranſgrediendi: ergo extra illum caſum, per locum ab ſpeciali, in cæteris executionibus aliarum perſonarum in cauſa gabellarum ſeruandi ſunt termini aliarum executionum quod enim non mutatur,quare prohibetur *vt in l.Sancim.C.de teſt.& in l.præcipimus. C.de apell.*& in his remanet ſatisfactum plerique fundamentis prioris partis contrariæ.

6 Non obſtat doctrina Bar.*in d.l.2.n. 4. ff. de re iud.* in contrarium allegata : verior namque & communis opinio eſt in contrarium & ſemper tenenda nempe quod iudex non poſsit terminum legalem augere vel minuere etiam ex cauſa:quam tenet Iac. de Aret. relatus per Bar. vbi *ſup.* & eſt communis opinio ſecundum Iaſonem *in d. l. 22. num. 21. & Rip. ibi numero* 14 quam ibi probarunt poſt alios Paulus de Caſtro *num. 4.* & Alexander *num. 9.* à qua in dubio non eſt recedendum, maxime cum melioribus rationibus iuuetur,ſitque communis, vt affirmat Didac. Perez *in l.1.titul.3.ordin. colum. 869.cum ſeq.* & latius ipſe *in l.1.tit.14.lib.3.ordin.col.903.*& refert, eſſe veriorem, & magis communem ex Iaſ. vbi *ſupr.* hanc etiam ſequitur addit, Bernard. Diaz. contra ſuum authorem *in reg. 378.* vbi eam communem eſſe refert ex aliis.

SVMMARIA

1 *Th[illegible] conductores, & exactores reddituum Reg[illegible] xequuti pro eiſdem, debent eſſe in carcere, nec relaxantur ſub fideiuſſionibus, donec eorum bona venduntur,& ſolutio fit,præterquam* en el arrendador,o recaudador mayor de ſu Mageſtad,*vt hic.*

2 *Conductores gabellarum an habeant idem priuilegium contra ſuos alios debitores gabellarum, vt relaxandi hi minime ſint cum fideiuſſoribus* de ſaneamiento,*& n.ſeqq.reſoluitur affirmatiue, n.5.cum ſeqq.*

3 *Priuilegium fiſci cum ſit perſonale, non extenditur ad emptores, ſeu conductores Regiorum reddituum.*

4 *Mutatione perſonæ mutantur conditio, & priuilegium.*

6 *Priuilegium Reale tranſit ad ſucceſſorem.*

8 *Contra debitores fiſcales proceditur pro eorum debito liquido ad capturam,& ad tenutam bonorum,& contra eorum hæredes, niſi inuentarium confecerint,vt in n.12.& 13.*

9 *Debiteres gabellarum poſſunt ab Eccleſia extrahi ſicut, & quilibet debitor tributorum Regiorum, vt in n. 10. & in n. 11. quomodo hoc ſit intelligendum?*

14 *Mulier carcerari non poteſt pro debito gabellarum,nec vt principalis,nec vt fideiuſſor, niſi delictum interuenerit, gabellam occultando non obſeruata diſpoſitione,l.31.tit.19.lib.9.nou.coll. Reg.*

15 *Nobilis non carceratur pro debito gabellæ, niſi interuenerit delictum,quia non obſeruauit diſpoſitionem,l.31.tit.19.lib.9.*

16 *Nobilis conductor,vel collector gabellarum, vel aliorum reddituum Regalium carcerari poteſt, & debet pro ſolutione eorundem.*

14 *L. 4. tit. 2. lib. 6. nou. collect. Reg. diſpoſitio ad alios caſus, quam in quibus loquitur extendenda non eſt.*

QVÆSTIO CLXVI.

An pro ſolutione gabellarum debitores ſint ſub fideiuſſione de ſaneamiento relaxandi à carcere?

QVæro modo:cum *l.14.tit.7.hoc lib.9.* caueatur, *que en las execuciones que ſe ouieren de* 1
hazer en los bienes de los teſoreros,y recaudadores, y arrendadares de rentas Reales, o en ſus fiadores por los matres que en ellos fueren librados en caſo que

que por ellos ſean dados bienes con fiancas que ſus cuerpos eſten preſos en tanto que ſe vendieren los bienes, y que no puedan ſer dados ſueltos, ni fiados, haſta que ayan pagado las quantias que en ellos fueren libradas, con las coſtas derechos, y penas,ſi en ellas ouieren incurrido. Et idem cauetur *in l.10.tit.16. hoc lib. 9. ſaluo ſi aquel en quien ſe ouiere de hazer la tal execucion fuere arrendador mayor de ſu Mageſtad, o ſu recaudador mayor, porque eſte dando bienes deſembargados que ſean auidos por ſuyos en que ſe haga la execucion con fiadores llanos y abonados,que ſe obliguen,que aquellos bienes que ſeñala para la execucion, ſon ſuyos, que valdran la quantia,y que no ſaldra embargo en ellos, no ha de ſer preſo,y ſi fuere preſo, que ſea ſuelto con la dicha fianca, y que ſi embargo ſaliere, pendiente la execucion, que el recaudador, ò arrendador, ò ſu fiador ſe an luego preſos, y pendiente la opoſicion no ſean ſueltos de la priſion haſta que la cauſa ſea determinada, y pagada la parte.*

2 *An ipſi gabellarij, & conductores gabellarum, por mayor,ò por menor,hoc vtantur priuilegio contra ſuos alios gabellarum debitores, vt hi quidem quando iure petitur contra eos executio debeant remanere in carcere, eſſeque capti, donec executio ventiletur, & ſolutio debiti fiat, etiam ſi offerant fideiuſſorem idoneum de ſaneamiento?*

Et videtur ll. præd. Regias non habere locum in hac ſpecie, ſed tantum in ſuo caſu, quo loquuntur, nempe in fauorem fiſci in executionibus, quæ petuntur contra ipſoſmet conductores, & exactores Regios, *por libramiento, ò por lo ſaluado*, &c. in cæteris namque caſibus regula generaliseſt in contrarium, nempe, vt in omnibus executionibus debitor incarceratus ſub fideiuſſionibus *de ſaneamiento*, exeat à carcere vſque ad ſententiam de remate,*l. fin.titul.21.de las execuciones lib.4.*Hæc igitur erit obſeruanda, præterquam in caſu ſpeciali dict.legum, ſed noſter caſus eſt omiſſus ab illis ll. Ergo remanet ſub diſpoſitione iuris communis dict. regulæ, quia ſi legiſlator aliud voluiſſet, expreſſiſſet, vt dicebamus alias in quæſtione præcedenti.

3 Secundo, quia priuilegium fiſci,de quo in dict. ll. prioribus, cum ſit perſonale, non extenditur ad emptores, ſeu conductores Regiorum reddituum, *vt in l.recitatio.§.mercatores, ff.de public. & vectigal.* Mutatione † enim perſonæ mutatur
4 conditio, & priuilegium, *vt per* Bart. *in l. per procuratorem,n.3.ff.de acquir. hæred.* Montaluo *in l. 3. tit. 14. par.1. in fin.*Caſtell. *in l.13.* Taur. *col. 5. verſ. ex quo ſæpe.* Et in terminis, quod præd.conductoribus, & firmariis non competat præfatum priuilegium capiendi debitores publicos, tenet Rebuff. *ad Regias conſtitutiones Galliæ 1.tom.tit.de lit.oblig.artic.11.gl.3.n.19.*& ſequitur Io.Sayſon.*in conſuet.Turon.in tit.de q.vectig.art. 3.ad fin.* quos ad hoc refert Girond. *de gabell. 4. part.in princ.n. 16.* & tenet Guid. Pap. *in deciſ. Delphy.q.208. iuxta materiam.*

5 Contrariam tamen ſententiam, imo, quod iſti conductores gabellarum eodem,quo Rex priuilegio vtantur contra ſuos debitores tenet Bart. *in l.in Prouinciali §. ſi ego,n.4.ff.de noui operis nunciat.& in d.§.mercatores*,vbi additio cuius in hoc opinio confirmari poteſt, quia hoc priuilegium non tam Regi, quam faciliori exactioni gabellarum conceſſum videtur in odium debitorum moroſorum, præſertim cum in vtroque caſu verſetur idem fauor fiſci,vt Regi facilius, & breuius ſoluatur redditus, & vt in poſterum plures ad conducendum redditus Regales alliciantur, atque conductores inueniantur: Et † quando priuile- 6
gium conceditur rebus,& ſic eſt reale, tranſit ad ſucceſſorem,vt notat Dyn.*in regula priuilegium,n. 20.de reg.iur. in 6.* & in terminis hanc partem quando Rex, vel Princeps gabellarum conductoribus intra ſua cedit,& transfert,vt poteſt ex *l. fin. Cod.de priuileg. fiſc.* tenet & probauit Girond. *de gabell.4.p.in princ.n.17 cum ſeqq.* vbi quod hanc opinionem ſemper practicatam vidit, quia regulariter Rex cedit,& transfert ius ſuum conductoribus gabellarum, & aliorum reddituum Regalium, præſertim cum quotidie locentur gabellæ cum conditionibus legum quarterni gabellarum: Idem probat Rebuffus *vbi ſupr.ſub d.n.19.*dicens, quod ſolet Rex hoc concedere ſuis firmariis, vt etiam per perſonæ apprehenſionem compelli poſſint debitores fiſcales, & quod conductores aliis fiſci priuilegiis contra debitores vti poſſint, & quod ita ſolet fieri in illa patria & exercetur in Curia Genelium iuſtitiæ.Quam ſententiam ſcio in his Regnis in praxi communiter obſeruari, & ita eſt tenendum,non obſtantibus iis, quæ ſupra in contrarium adducta fuerunt, quæ ex præcedentibus remanent iam diluta: Nec etiam obſunt, quæ in præcedenti quæſtione reſoluimus circa terminum citationis para el remate, non breuiandum contra debitores gabellarum,quia diſpar ratio, & fauor fiſci verſatur in hac præſenti ſpecie, quam in illis, & præterea in vtraque praxis habet, quod reſoluimus, & quia ſunt diuerſa poſſunt compati.

Tandem noſtra præcedens ſententia ex eo ve- 7
riſſima,& euidens efficitur,ſi conſideremus, quod deciſio dict.legum, non eſt ſpecialis in debitore gabellarum, ſed generalis in quocumque fiſci debitore ex l.ſacrilegij capite.§. *fi. vbi corpus retinendo.ff.ad l. Iul. peculat.* cuius priuilegij fiſcalis meminit Salic.*in l.fi.n. 10. C. de priuileg. fiſc.* & ſequitur Bald.*conſi.90.vol.5.*& Peregri.*de iur. fiſc. lib.6.tit.7.n.5.* vbi *n.* 7. quod ita conſuetudo ob-
ſeruat, † quia contra debitores fiſcales pro eorum 8
debito liquido proceditur ad capturam, & ad tenutam bonorum, *l.nemo carcerem. C. de exact. tribut.lib.10.*vbi Angel. Bald. *in l. 1. col. 2. C. de hæred. vel action.vend.*Marant.*de ordin.iud.4. par. diſtinctione.9.num.59.* Et in terminis dict. legum Laſſart,*de decim.vendit. cap. 18. num. 57.* dicens hinc haberi debere veram rationem, & originem illarum ll. Vnde merito, vt quicumque debitor gabellarum contra quem iure fit executio & ſic in caſibus,in quibus contra eos habet locum executio (quos diximus *in quæſt.proxime præcedenti*) pro eis interim capi debeat, & in carcerem detineri,donec ſoluat, etiam ſi fideiuſſorem indemnitatis (hoc eſt de ſaneamiento) offerat.

Et non ſolum debitores gabellarum præd. car- 9
cerari poſſunt, ſed etiam ab Eccleſia extrahi, vt carcerentur: † Generale enim eſt in Regiis
tributus, vt eorum debitores Eccleſiarum immu- 10
nitate non gaudeant, vt probat tex. *in auth. de mandat. Princip.§.publicorum,collat. 1. & l. 5. tit. 11.p.1.* ita tenet Old.*conſi. 54.* & alij plures DD. communiter, quos congeſſimus in repetitione, *l.nemo poteſt num. 183.* & nos poſt nos Girond.
de gabell. 4. p. §. 1. n. 29. † Contrariam tamen 11
opinionem,vt veriorem probant alij multi graues authores,quos retulimus vbi *ſupr.* & refert etiam Girond.*præd.n. 30.* quæ proculdubio in praxi eſt tenenda,niſi in debitoribus fallitis,qui cum bonis confu

conjugiunt ad Eccleſiam,ea occultando , & auferendo ſuis creditoribus,iuxta *l.fi.tit.* 1. *lib.* 1. *nou. Coll.Reg.* vt probauimus vbi *ſup. n.* 184. & cum nobis ibid.Laſſart.*d.cap.*18.*num.*21.quia ll. primo loco ſupra allegatæ pro prima opinione ſunt contrariæ iuri canonico , ac proinde non obſeruandæ , vt putant Abb. *in c. in er alia n.* 24. *de immunit. Eccl.*quem refert,& ſequitur Greg.Lop. *in l.2.verbo,Por deuda,tit.*11.*p.*1.& D. Cou.*lib.*2. *var.reſol.c.*20.*n.*14.*noſque* & Laſſa.vbi *ſupra*,hanc etiam partem ſecundam nouiſſimè probauimus *lib.*1.*Pract.q.*1.*n.cum ſeqq.*& Azcu.*in l.* 13. *tit.* 2. *lib.*1.*nou.Coll.n.*2.*cum ſeqq.*Et hæc opinio in praxi ſeruatur , & vſu recepta eſt ſecund. Girond. vbi *ſup.n.*31.

12 Et præd. legum diſpoſitio loquentium de carceratione conductorum Regiorum , nedum in illis cæteriſque fiſci debitoribus procedit , ſed etiam in eorum hæredibus,vt benè notat Mench. *lib.* 1. *de ſucceſ.crea.*§. 6.*n.*37. ſequitur , & probat Laſſart.
13 *de decim.vendi.cap.*18. *n.* 59. † hoc limitans ex Alex. quando debitores hæres inuentarium feciſſet,tunc etiam perſonaliter per carcerem compelli non debet, quod commendant, & applicant ad d. ll.Regias Manchac.vbi *ſupra*,*n.*46.& Laſſar.etiam vbi *ſupra*.

14 Mulier autem carcerari non poteſt pro debito gabellarum, ſiue vt principalis , ſiue vt fideiuſſor conueniatur,ſicut nec pro alio quocumque debito ex ll.Regiis , & authoribus Cohiſpanis noſtris congeſtis per Laſſar.vbi *ſup.n.*60. & tenet Gomez de Leon *in ſua centuria,c.*14.*in fi.*quem refert,& ſequitur Girond.*de gabell.*4.*part.*§. 2.*num.* 33. & Laſſart.vbi *ſupra* , hoc verum eſſe intelligit , niſi delictum interueniret,decimam,hoc eſt,gabellam occultando,non obſeruata diſpoſitione,*l.*31. *titul.*
15 19.*lib.*9.*noua Collectionis Regiæ*, † quod idem, & in nobile debitore ibi probat,& *num.*61. nempè, vt pro gabellæ debito,ſicut, nec pro alio quocumque ciuili carcerari queat , niſi interuenerit delictum,vt quia non obſeruauerit diſpoſitionem, *d.l.* 31. ſed tacens retinuerit , & occultauerit gabellam : tunc enim cum verè delinquat in Principem,& in ſuam conſcientiā peccans,carcerari poteſt nobilis,& debet ratione pœnæ , quam incurrit,
16 † Similiter etiam nobilis ſecundum Laſſar.*ibidem num.*62. quando conducit , aut colligit gabellas , vel alia iura Regalia carcerari poteſt,& debet:*porque en tal caſo el miſmo quebranta ſu libertad* , vt inquit *l.* 4.*titul.* 2. *lib.*6. *noua Collectio. Reg.* & vt Regius cenſus ad communem patriæ defenſionem neceſſarius , incolumis ſit, vt bene explicuimus poſt alios *de Iuramento Confirmat.*1.*pag. c.* 32. *n.* 10. qui quid aliud licentiosè nimis, & audacter dicat Laſſar. *d. cap.* 18. *num.* 64. Licet enim ſua noua ratio ad præfatam,l.4.nempè,vt ex eo procedat, quod nobilis vectigalia conducens, & colligens, indignum, nec decens virum nobilem , & illiberalem negotiationem ſumpſerit, Vnde par eſt, & æqua moraliſque ratio viſu eſt , vt qui ſe plebeiorum officio immiſcuit , plebeiorum quoque iure cenſeatur,ſicut & de aliis vilibus officiis proditum eſt,iuxta nota *l.vnic.C.de negotiat.ne militum cum ſimilibus* perſuaſoria,& non incocina videatur,non tamen ideò noſtra explicabimus improbari debuit cum ſit veriſſima,& literæ d. l. 4. conformis , ibi : *Porque en tal caſo el miſmo quebranta ſu libertad* , quibus verbis etiam nititur Laſſart. ad ſuam prætenſam rationem iuſtificandam : noſtra tamen certior atque proprior eſt , nec contraria illi, ſed imò ambæ in dem tendunt : noſtra tamen expreſſa eſt in præfat .

Non tamen diſpoſitio eius , l. ad alios caſus , 17
quam in quibus litera eius loquitur , extendenda eſt,vt latè deduximus, & reſoluimus cum Laſſar. vbi *ſupra n.*62.& contra Baeç.*lib.* 3. *Pract. Quæſt.* 13.*n.*103. & probat nouiſſimè Girond. *de gabell.* 4.*p.*§. 2.*n.* 34.

SVMMARIA.

1 *Exceptiones admittendæ contra executionem debiti gabellarum,& n.*2.

3 *Exceptionum aliarum excluſio à lege Regia facta intelligitur de friuolis,& malitioſis , non vero de legitimis,& n.*4.

5 *Euictio locum habet pro parte territorij , cuius gabellæ venierint locatæue ſint,ſi à tertio aliquo euinceretur.*

6 *Conductores gabellarum non tenentur ad ea , quæ alicui,vt tales promiſerint, ſi apud eos ratione aliqua conductio non remanſerit : ſed ad euitandas lites iure noſtro Regio ſtatutum eſt , vt ſecundus conductor teneatur ſtare conuentionibus , & locationibus per primum factis , vt* in n.7.

8 *Tertius oppoſitor aduerſus executionem debitorum gabellarum,quas exceptiones allegare poſſit?* & num.9

QVÆSTIO CXXVII.

De exceptionibus competentibus aduerſus executionem in materia gabellarum.

QVæro nunc : *quæ exceptiones admittantur* 1
contra executionem aduerſus conductores alioſvè exactores,nec non,& alios gabellam ſoluere debentes factam ?

Et ex parte eorum,qui exequuti ſunt,habemus leges Regias ſpecialiter in hoc diſponentes,nempè l.14.titul.7. hoc lib.9. in hæc verba : *Y que no les reciban exceptiones malicioſas , ſaluo paga , o quita,o razon legitima , monſtrandola por recaudo cierto luego,ſin alongamiento de malicia* , quæ lex loquitur in executionibus factis in bonis theſaurariorum , & aliorum exactorum reddituum Regiorum,& condictorum, & dum dicit , *luego* , intelligatur,id eſt infra nouem dies, vt in lege 15.
ſtatim ſequenti,& diximus *ſup.q.*165. † dum vero 2
exprimit exceptiones admittendas , procedit nedum in theſaurariis conductoribus , & aliis exactoribus reddituum Regalium, in quibus loquitur, ſed etiam in aliis quibuſcumque debitoribus gabellarum exequutus, cum in eis eadem ſit ratio, & idem ius in indiuiduo in omnibus debitoribus exequutus generaliter ſtabilitum ſit à noſtris ll. Regiis,nempè *l.*1.*&* 2.*tit.* 21. *de las execuciones* , *lib.*4.*huius nou.Coll.*Reg. & iuxta d.l.14.meo iudicio eſt intelligenda l. 15.ſtatim ſequens,dum dicit: *Ordenamos, que à los arrendadores de las nueſtras rentas no les ſea oyda razon , ni defenſion alguna contra la deuda que les moſtraren por libramiento, o libramientos de nueſtros Contadores, o recaudadores,ſaluo paga, o quita , o toma que les ſea fecha por alguna perſona poderoſa , moſtrandola haſta nueue dias:*Idem namque intelligo de quacumque alia legitima exceptione, *vt in l. præcedenti* , alias

enim

enim induceretur legum correctio,nec opus eſſet, vtramque l.vnam poſt aliam immediatè ibid. inferere,præſertim cum *d.l.*14.ſit nouior,vtpotè cōdita à Rege Ioanne II. quam *d.l.*15.cuius autem fuit Rex Ioan.I.vt in margine vtriúſque l.ponitur. Accedat tandem, quod *d. l.* 15. non excludit ex-
3 preſsè alias exceptiones legitimas,†dū generaliter negat, alias admittendas, quam ibi expreſſas , intelligenda eſt de exceptionibus friuolis, & malitioſis, non vero de legitimis , iuxta Bart. doctrinam,*in l.* 1.§.*& parui refert,num.*3.*ff.quod vi aut clam* communiter approbatam ſecund. Cur. Iun. *in l.*3.§.*ſi is proque,num.*4.*ff.provt quiſque iuris*,& reſoluimus late in ſimilibus terminis,*d.l.*1.*&* 2. *titut.*21.*lib.*4.*noua Collectio.in noſtro lib.*1. *Pract. quæſt.*111.*per totam*,& in terminis tenet Azeued. *in l.*6.*tit.*14.*lib.*6. *noua Collect.* ex tex.*in l.ſi vacantia.C.de bon.vacant.*ibi, *data reclamandi copia*, *l.defenſionis facultas,C.de iur.fiſc. lib.*10. *& n.* 4. tenet eſſe legitimam exceptionem, quod non fuit facta æqualis diſtributio , ſummariè tamen procedendo.

4 Sicque, vt ibi docuimus,non eſt opus examinare,an admittendæ ſunt certæ quædam exceptiones aduerſus executionem , nempe nullitatis, & aliæ omnes:Namque legitimæ admittentur,dum tamen liquidentur,& probentur intrà terminum legalem oppoſitionis,& de exceptione compenſationis latè egimus,idem probantes,de *Iur.Confirm.*2.*par.c.*6.*n.*2.& poſt nos Girond.*de gabell.*2. *part.*§.2.*n.*6.& in terminis debitoris fiſci probat, *l.aufertur.*46.*ff.de iur.fiſc.ibi,vt debitoribus fiſci, quod fiſcus debet compenſetur,ſæpè conſtitutum eſt, excepta cauſa tributoria,& ſtipendiorum,& item pretio res à fiſco empta,& quod ex cauſa annonaria debetur*,Idem probat *l.idem,& in l.fin.ff. de compenſ.l.*1.*&* 3.*C.de compenſat.*ex quibus in gabellario in exactione gabellæ , quod opponi poſſit compenſatio,probare videtur Laſſar.*de deci.vend. c.*18.*n.*86.ſed caue,quia in d.l. 3. excipiuntur alia vectigalia,& ibi glo.verb.*ex vectig.*exponit,ſc.ſoluendis pro rebus vehendis, *vt in l.vniuerſi C. de vectig.l.etiam partitæ* 26.*t.*14.*p.*5.permittens compenſationem : excipit etiam caſum *del que ha de dar pecho,ò cenſo à la camara del Rey, ò al comun de algun conceio*:& ita cautè loquutus fuit Laſſar. in hoc dicens,nempe,& præterea,an gabellario in exactione iſtius decimæ, alterius debiti compenſatio opponi queat,eſt text.*in l.aufertur.*§.*vt debitoribus.ff.de iur.fiſc.& l.*3.*C.compenſat.*tradit Bard. *in authent.de collat.n.*3.*collat.*9. quaſi nihil decidens,ſed remittens ad præd. loca , vbi inuenitur deciſum,quod prædiximus : Et quamuis illo iure natura gabella non eſſet cognita,nihilominus dicitur vectigal, quaſi tributum debitum Regi , & inde comprehenditur ſub redditibus Regiis , eſtque huiuſmodi profecto : vnde forſam contra Regem ſuos redditus erigentem non habet locum compenſatio , ex d. l. ſed contra priuatum conductorem ceſſare videtur fauor fiſci , ac per conſequens quod admittatur compenſatio liquida, aut ſaltem liquidanda infra decem dies oppoſitionis executionis.

Verum illud erit obſeruandum,quod ſi aliqua pars territorij , cuius gabellæ venirent , locatæue ſint à tertio aliquo,euinceretur,vel membrum aliquod ipſius iuris diminutum fuerit euictio erit , iuxta ea,quæ latè diſtinguit, & diſputat Gregor. Lopez *in l.*34.*tit.*3.*par.* 5. quem refert Laſſar. *de decim.vendit.c.*18.*n.*86.

6 Similiter etiam gabellarum conductores non tenebuntur ad ea,quæ vt tales alicui promiſerint, ſi apud ipſos ratione aliqua conductio non remanſerit , fortè qui principalis locationis contractus non tenuit à principio , vel aliquo modo ablatum eſſet ius iſtud ; provt in terminis tenet Angel. *in l.fin.* per textum *ibi ff.de conſtit. pecun.* quem refert, & ad multa his gabellarum conductoribus quotidiè occurrentia, commendat Rod. Suar. *in repet.l.poſt rem iudicatam,*§.*n.*16.*ff.de re iud.*quem ſolum refert ad hoc Girond.*de gabell.*2. *par.*§.1.*n.*32.ſed & idem probat.Ioan.de Immol. *in l. cum mulier la ſegundo,n.*1 *ff.ſolut. matrim.* quem refert, & ſequitur Gregor.Lopez, *in dict. l.*34.*gloſſ.magna ad medium*,id verum eſſe declarantes, ſi abſque culpa , & facto conductoris ei auferatur gabella : aliàs ſecus:ex Bald. & aliis Doctorib. ſequitur Laſſart. vbi *ſupra num.* 87. † 7
dicens *n.*88.quod propter dirimendas & vitandas has lites , quæ iuxta præd. diſtinctionem oriri poſſent,quotidiè inter primos gabellarios,& eos, cum quibus conuenerant ſuper certa ſumma gabella nomine ſoluenda , vel ſuper alicuius membri relocatione , cum tamen poſteà primis illis gabellariis ablata foret cōductio,ſiue abſque ſiue culpa , ſiue ſuo facto iuſtiſſimè Catholici noſtri Reges ſecundus gabellarius,in quo gabellarum conductio remanſerit, teneatur ſtare omnium conuentionibus,& locationis per primū factis,vt conſtat ex *l.*14.*&* 16.*tit.* 13. *hoc lib.* 9. quarum legum hæc eſt vera ratio decidendi.

Ex parte vero tertij oppoſitoris contra bona, 8
in quibus facta eſt executio,*l.*16.*titul.*7.*hoc lib.*9. præcipit , quod bona, quæ penes conductores Regalium reddituum reperta fuerunt , veneant pro debito Regio : *y que no ſea oydo, ni recebido contra ello embargo alguno , que qualquiera perſona quiera poner en la venta de los dichos bienes, ſaluo ſi moſtrare por eſcrituras publicas , que los dichos arrendadores auian arrondado, ò alquilado los dichos bienes de aquel que quiſiere poner el dicho embargo.*

Per hanc tamen huius legis generalitatem 9
non intelligo excludi ius fortius, & potius creditoris antiquioris habentis expreſſam hypothecam in præd.bonis, nempe dotis mulieris,depoſiti, vel commodati oppoſitionem, aut ex alia vera cauſa rei vendicationem , dummodo prædicta legitime probentur, non enim credendum eſt, Principem, qui præd. l. condidit vnico verbo, præd. iura dotiſque priuilegia in præiudicium tertij euertere voluiſſe, nec ius ſuum cuique de facto auferre voluiſſe, argumento *l. ſi quando C.de inofficioſo teſtamento*,quod enim præcipuè intendit legiſlator in *d.l.*16. hoc eſt, vt nulla fraus committatur aduerſus Regem , ſuos redditus recuperantem in bonis ſuorum conductorum per oppoſitiones confictas , & fraudulentas , non vero intendit alicui ius ſuum verum auferre, nec quid tale eſt præſumendum in Rege Chriſtianiſſimo,ſed quod viam fraudibus voluit claudere : Vnde conſtito legitimè, & abſque fraude,eiuſque ſuſpitione de potiori iure alterius , non eſt credendum , eidem voluiſſe præiudicare : Si enim ipſiſmet reis exequutis exceptiones legitimas contra executionem ipſam reſeruauit , & admittendas decreuit , *in l.* 14. *&* 15. *præcedentibus* , Quare idem non erit dicendum in fauorem tertij potius ius habentis, ſi de hoc legitimè conſtiterit iudicibus?Nullo modo profecto ex mente,& fine eiuſdem legiſlatoris:Finis igitur eſt,ne fiat fraus fiſco: hac ergo ceſſante , non dubito quin vnicuique ſit

ius

ius ſuum reddendum,& tribuendum etiam contra fiſcum,& in ambiguis,vt *in l.in ambiguis.ff.d. ur. fiſc.* Iudex igitur exequens in ſpecie d. l. 16. ſummè curet ne quid fraudibus irrepat, omnibuſque viis veritatem rei perquirat, hac vero cognita, & fraude ſecluſa,ius ſuum vnicuique tribuat, & in terminis oppoſitionis dotis mulieris,nempe quod vxor in caſu *d.l.*16.pro ſua dote præfiſco in bonis mariti, ſi anteriorem hypothecam & cauſam habuerit,non obſtante præd. l. Regia, tenet & late probat Girond. *de gabell.4. part.§.1.num. 22.cum ſeqq.* cui etiam fauet *l.10.tit.9.lib.5 nou.coll. Reg.* vbi deciditur, *que por el delito que el marido, ò la muger cometiere,aunque ſea de heregia, ò de otra qualquier calidad,no pierda el vno por el delito del otro ſus bienes, ni la mitad de las ganancias auidas durante el matrimonio*: ergo à fortiori *por la obligacion del vno, aunque ſea en fauor del Rey ha de perder el otro ſus bienes, ni la muger ſu dote, &c.* facit titulus. *C.ne vxor pro marito,&c.* Idem eſt probandum eadem iuris ratione in cæteris creditoribus potius ius, & anteriorem hypothecam habentibus, nec non in veris dominis bonorum repertorum penes dict. conductores exequutos,conſtito legitime,& abſque fraude de eorum iure, & dominio.

SVMMARIA.

1 *Vicini ſinguli oppidi incapitati an poſſint capi, & incarcerari pro redditu gabellarum concilij conuento? &* numeris ſequent. *reſoluitur* n. 3. *cum diſtinctione.*

2 *Pacta deducta in contractu locationis gabellarum inter commune,& gabellarios an afficiat totum populum,& ſingulares perſonas?*

4 *Bona quæcumque vicinorum particularum capi non poſſunt pro debito vniuerſitatis, nec valet conſuetudo in contrarium vt* in num. 5. & 6. *ſed ſola ciuitas, vel vniuerſitas populi incapacitati eiuſque bona obligantur, vt* in n. 8.

Syndicus ciuitatis non poteſt ſingulos vicinos, qui non conſenſerunt, nec interfuerunt obligare, eod. num. 4.

7 *Vicini,vel ciues nolentes comprehendi ſub generali incapitatione, offerentes ſe ſoluturos decimam omnium,quæ vendiderint, vel permutauerint,ſunt audiendi.*

9 *Praxis,qua vti ſolet populus incapacitatus, vt precium incapitationis conuentum commodius ſoluat.*

10 *Reuiſio ſemel tantum fieri debet diſtributionis factæ à populo pro ſoluendo pretio inuento incapitationi, vt grauati in ea releuentur, & ideo merito amplius omnis alius aditus ad illius rei querelam occluditur,vt* in n. 11.

12 *Diſtributio, & reuiſio ſiue refectio iuſte debet fieri inter diuites,& pauperes ſecundum facultates,tractus,& negociationes, & non ſecundum munus perſonarum, & ideo ſi eorum bona fuerint perperam æſtimata,poterunt intra ſtatutum tempus reſtitui,vt* in n. 13.

14 *Modum relocandi membra gabellarum,& diſtribuendi redditus, atque æſtimandi bona vicinorum ponunt conditiones generalis conuentionis.*

15 *Exequutionis modus faciendæ communitatem ponitur hic,&* n. 16.

17 *Collecta in his Regnis Hiſpaniæ vltra tria millia marapetinorum imponi non poteſt per concilia ciuitatum, vel oppidorum abſque litera Regia, & quomodo hoc intelligendum ſit,* n. 18.

19 *Rectores,& Conſules ciuitatis,vel villæ capiuntur, quando contra populum fit executio, niſi aliud in Regalibus prouiſionibus, quibus debita ſolui iubetur, diſpoſitum ſit, vt in n. 20. non tamen fit executio contra Rectores, & Conſules inſolidum,ſed contra vnumquemque pro rata,vt* in n. 21. *niſi aliter,& inſolidum ipſi obligati fuerint, vt ibidem.*

QVÆSTIO CLXVIII.

An ſinguli vicini oppidi incapitati poſſint capi, & incarcerari?

QVæro modo: *An ſi ciuitas,oppidum,aut quicumque locus capitetur,hoc eſt,ſe encabecare,* 1
ò tomare por encabecamiento de ſu Mageſtad, ò de otro ſeñor de ſu pueblo las alcaualas en cierto pretio, y el conceio ſe obligare con ſus propios, y rentas, en nombre todos los vecinos del pueblo,y à ellos con ſus bienes à la paga del encabecamiento, an ſinguli eorum cenſeantur obligati,ita vt exequi,conueniri,&
capi poſſint necne? Et quidem Firmian. *in tr. gabell.* 2
2.par.n.62. quærens: an pacta deducta in contractu locationis gabellarum inter commune, & gabellarios afficiat totum populum, & ſingulares perſonas? decedit,quod ſic ſecundum Bart. *in l.donationes. C. de donatio. inter vir.& vxor.* quia contractus per habentem poteſtatem, *l. condendæ*, habet vim legis,vt ibi, *& in l.Cæſar. ff. de public. & vectig.* & ibi Bartol. idem dicit à fortiori Firmian. *in contr. Principiis d.l.Cæſar.* Et idem eſſe in contractibus Baronum ſecundum Bald. *in l. pen. n. 3.C. de don. inter vir.& vxor.* vbi ſubdit Angel. quod ſi Baro, vel Princeps dat caſtrum filiæ in dotem cum pacto,quod non alienetur, videtur talis alienatio prohibita ab ipſa l. quin etiam dicit Angel. ibi, quod ciuitas in contractu poteſt obligare bona ſingulorum. Hæc Firmian. vbi *ſupr.* quem refert ſequitur,& intrepide probat Girond. *de gabell. 2.part.§.2.ſub n. 15. cum ſeqq.* illud addens, *Decuriones populum repræſentare, & poſſe mutare conſuetudinem*, iuxta gl. *in rubric. C. quæ ſit long. conſuet.* & quæ faciunt Decuriones, tota ciuitas facere videtur, quæ obligatur, quatenus ad eius bona, cum eam repræſentem ſecundum Auend. *reſponſ. 34.n.1. verſic. ex ſupradictis.* Sed hi quidem Moderni crude nimis,& indigeſte procedunt, clare non diſtinguentes inter concilia habentia poteſtatem, l. condendæ, & eam poteſtatem non habentia.

Quare more ſolito pro vera reſolutione noſtræ 3
quæſtionis ita diſtinguendum cenſeo, vt prædicta à Firmian. & Girond. ſint intelligenda in populis facultatem, l. condendæ habentibus, tunc demum cum commune ciuitatis ſingulos vicinos ſuorumque bona obligauit,& teneri voluit expreſſe ex ſuo contractu: ſecus ſi ipſum commune tantum,& bona propria ciuitatis, vel villæ,quia tunc reſtricta,& limitata obligatio,provt iacet,intelligi debet,nec amplius extendenda, *l.quicquid adſtringendæ cum ſimil.ff.de verb.oblig.l.veteribus ff.de pact.*

Cæterum ciuitates,& villæ iſtius Regni Caſtellæ,& Legionis, quia legis condendæ facultatem non habent,ſed ſuperiorem recognoſcunt, & ſimiles nullo modo poſſunt ita contrahere,vt virtute contractus initi à Decurionibus,& concilio populi reliqui vicini,qui contractui non interfuerint, nec

nec mandatum ad eos obligandum dederint, eorúmve bona obligentur ex doctrina Bart. *in l.ſi ſe non obtulit.§. actor, num.9. ff. de re iudic.* & & Alex. *in princ. illius, l.num. 21.cum ſeqq.præcipue num.24. & iſta* eſt opinio vera, & tenenda ſecundum Auendan. *reſponſ. 34.num.1. in prima concluſion.* quam ſequitur, dicens communem Rip. *in l.ſi is qui bona ff.de pignorib.* & eſt vera, & communis, nemine contradicente in hoc puncto, ſecundum Laſſart. *de decim. vendit.c.18. n. 89.* dicentem, hoc conſtare ex Iaſon. *in l. ciuitas,n.9.ff.ſi cert.pet.* & tenet plures allegans Matien. *in l.7.gl.1.n.1.cum ſeqq.tit.17.lib.5.nou. coll.*
4 *Reg.* per tex.expreſſum ibi, qui hoc probat, † quia, ſcilicet, loquatur de pecudibus, ſeu bonis ſe mouentibus; poſitum tamen hoc fuit gratia exempli, & frequentioris vſus. Nam regulariter hæc concluſio procedit in omnibus bonis tam mobilibus quam immobilibus, iuribus & actionibus,vt pro debito vniuerſitatis bona quæcumque particularium capi non poſſint, vt iure ibi probat Mantienc. *n.1.& 2.*

5 Non ergo iumenta ſingularium perſonarum in hac ſpecie, & ſecundo membro diſtinctionis poſſunt capi pro debito vniuerſitatis *ex ſupradictis*: niſi adeſſet conſuetudo in contrarium,ſecundum Bald. *in l.etiam,n.14. C. de execut. rei iudic.* quem refert cum eo tranſiens Gregor. Lopez, *in l.3.in gl. O el Cabildo,tit.2.par.3.*

6 Matienc. tamen vbi *ſupra, in fin.d.gloſ.1.* rectius credit,non valere in hoc Regno d. conſuetudinem cum per l. illam improbetur, & quamuis non videam in ea l. præd. improbationem: nihilominus cenſeo non valere præd. conſuetudinem, quia potius eſt corruptela nociua concontra ius,& leges Regias, vt expreſſe cauetur, *in dict. l.15.per totam,tit.30.par.7.* vbi improbatur nuncupatim præfata conſuetudo, & ea vtens amittit debitum, & punitur aliis pœnis, & ibi Greg. Lop. in gloſ. *contra derecho*, id latè probat omni iure: ſed profecto difficultas extat eo caſu, quo ciuitates,vel villæ habent facultatem, l. condendæ: Sunt enim in hac ſpecie duæ communes opiniones contrariæ, quas refert Rip. vbi *ſupra*, ſecus quando eam facultatem, l. ſcilicet condendæ non habent: tunc etenim omnes tenent, atque profitentur, quod Syndicus ciuitatis poſſit ſingulos, qui non conſenſerunt,nec interfuerunt obligare,iuxta hoc ſecundum membrum noſtræ reſolutionis, & ſeruatur in praxi ſecundum Laſſart. vbi *ſupra*, dicentem, ſatis colligi ex conditione 22. generalis conuention. eandem bimembrem ſequitur,alios plures allegans, D. Azeu. *in l.16. n.1.ſeqq.tit.21. lib.5.nouæ collect.Reg.* vbi citat bonam, *l.15.tit.10.part.7.& l.13.tit.2.part.3.* & addit ex Roch. de Curt. in enarratione ad *c.quanto de conſuet.n.17.* non valere conſuetudinem, quod abſens obligetur in ſui præiudicium: ſecus vero ſi præiudicium non fieret. Effectus igitur ille erit, maximus, quod † quicumque ciuis, vel vicinus
7 noluerit contribuere, in eaque generali conuentione comprehendi, recte poterit illud teſtari, offerens ſe eſſe ſoluturum decimam ſuorum contractuum venditionis, & permutationis,ſicut forenſis iuxta præd. conditionem 22. ad medium, ſietque ita, vt qui nunquam vendit, aut permutauit nullius quoque ſumme, diſtributionem, ac ſolutionem patiatur, ac ſi capitatus locus, quod iam ſemel conſuluit Laſſart. (vt ipſe teſtatur *numero 90.*) viduæ cuidam nobili, quæ pecuniaria alimenta à generoſo ſuo accipiebat, nihilque vendebat, ſed emebat neceſſaria.

Sola igitur ciuitas,& vniuerſitas populi capi- 8
tati,eiuſque bona ex conductione illa obligantur, iuxta tradita per Iaſ. vbi *ſupr.* & ibi Doctores, & Auend. *d.reſponſ.34.n.1. verſic.2.concl.* & Laſſart.
d.n. 90. qui † addit, quod ne vniuerſitas præd. 9
in damno ſit,& vt commodius iure iſto vti queat, aliqua gabellarum membra locare ſolet, iuxta formam in vno quoque loco conſuetam,vel alias traditam in d. conditione 22.& aliis eiuſdem generalis Regni conuentionibus, & quod reliqua pecuniæ quantitas, quæ vltra illarum locationum mercedes neceſſaria eſt ad complendam omnem capitationis ſummam inter eos ciues diſtribuitur, qui capitationis beneficio vti volunt iuxta formam traditam *in cond.28.d.generalis conuentionis,*
vbi † quoque deciditur, qualiter ſi qui graua- 10
tos ſe eſſe dixerint, reuideri ſemel debeat diſtributio,vt qui nimis oneratus inuentus fuerit, releuetur, & quod poſt hanc ſecundam refectionem amplius reluctari: & conqueri non liceat in hæc verba: *que cada vno pague lo que le quedare repartido.*

Vnde omnis aditus occluditur ad illius rei que- 11
relam, & quidem iure, quia cum præd. ll. peritiſſimos illius rei, & oneris diuidendi actores accerſiri iuſſiſſent,eorum iudicio ſtandum eſt,vt notat Mench. *lib.1.de ſucceſ.creat.§.4.n.30.verſic. denique,& lib.2.§.14.n.28.Venetiis* vbi ex præd. ratione miratur, quod viderit in vſu forenſi ſæpe obſeruari, vt licet executio fiat, iuxta d. ſecundam reuiſionem,ſeu refectionem,tamen per ſummos Regis rationales per modum iuſtitiæ de eadem re denuo cognoſci poſſit, quod refert,& ſequitur Laſſart. *dict.c.18.n.91.* quod mihi mirum non videtur,ſed potius iuſtiſſimum,& æquiſſimum tantoque Senatu dignum.

Diſtributio namque præd. & reuiſio, ſiue refe- 12
ctio iuſte debet fieri inter diuites,& pauperes ſecundum facultates,tractus, & negationes,& non ſecundum munus perſonarum, iuxta gloſſam, verbo inopes, *in l.1.C.de apoch. public. lib.10.* &
non debent diuites releuari, vt pauperes grauen- 13
tur, & † ideo ſi eorum bona fuerint perperam æſtimata,poterunt intra ſtatutum tempus reſtitui, vt per Ioan. de Platea *in l. ſuſceptores la ſecunda, C.de ſuſcept.& arcan. lib. 10.* Vnde bonorum taxatores, & æſtimatores, atque diſtributores tenentur pauperibus omnibus de iis, quæ male æſtimauerint, *per l.1.C.de diſcurſor. lib.10.* Quod tradit Auiles, *cap.18 præt.in gloſ.verbo, En el demandar,* & refert Girond. *de gabell.4. part.in prin.*
num.51. Modum † autem relocandi membra ga- 14
bellarum,& diſtribuendi redditus,atque æſtimandi bona vicinorum ponunt conditiones d.generalis conuentionis.

Modum vero faciendi executionem contra 15
communitatem pro debito communitatis, late ponit,præfigit Franc.Marc. *deciſ.805.Parlamenti Delphinat.* nempe, quod vniuerſitas habet burſam communem, ſeu bona in communi, tunc debent primo accipi pro ſatisfactione creditoris: Si vero ea non habeat, tunc illi de vniuerſitate compelluntur facere collectam, quia non debent capi bona ſingularia pro debito vniuerſitatis, ſed communia,& in defectum debet imponi collecta per communitatem ex cauſa neceſſitatis, & quod pro tali non poterunt capi aliqui inſolidum, ſed duntaxat pro parte quia non eſt debitum proprium, ſed vniuerſitatis: tamen illi, quibus imponitur onus collectæ elapſo